REGVLAE

omnes, Cõſtitutiones, & Ordinationes Cãcellarię S.D.N. Pij diuina pro-uidẽtia Papę IIII.

Conv:  Franc:

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE,

Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem, M.D.LX.

REGVLAE ORDINATIONES ET CONSTITVtiones, Cancellariæ Sanctiſs. D. N. D. PII diuina prouidentia Papę IIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter, Dominus PIVS diuina prouidentia Papa IIII. ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, normam & ordinem rebus gerendis dare volens, in craſtino aſſumptionis ſuæ ad ſummi apoſtolatus apicem, videlicet Die X X V I. menſis Decembris, Anno Domini M. D. L. X. Reſeruationes, conſtitutiones, & regulas infraſcriptas fecit, quas etiã ex tunc ſuò tempore duraturas obſeruari voluit, & quas Nos Alexander Sancti Laurentii in Dama ſo Diaconus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſię Vicecancellarius, Die Martis Nona Menſis Ianuarii Anni prædicti in Cancellaria Apoſtolica publicari fecimus.

A. Vicecan.

Reſeruationes ſpeciales,& generales.

IN primis, Reſeruationes fecit, ſimiles illis, quę in conſtitutione fel. rec. Benedicti. PP. xii. quæ incipit, Ad regimen continentur, & illas locum habere voluit, etiam ſi officiales in eadem conſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ Sedis officiales, ante obitum eorum eſſe deſierint, quo ad beneficia, quæ tempore quo officiales erant obtinuerant, ac reſeruauit beneficia, quæ per conſtitutionem piæ me. Ioannis xxii. quæ incipit, Execrabilis, vacant vel vacare contigerit.

Reſeruatio Cathedralium Eccleſiarum,& Monaſteriorum, valorem ducentorum florenorum excedentium.

ITEM reſeruauit generaliter, omnes Eccleſias Patriarchales, Primaciales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, necnon omnia monaſteria virorum valorem ducentorum florenorum aur i communi æſtimatione excedentia, & voluit, ꝙ exceſſus huiuſmodi in literis exprimatur.

Reſeruatio dignitatum, necnon ſuorũ & S. R. E. Cardinalium familiarium beneficiorũ.

ITEM reſeruauit generaliter diſpoſitioni ſuæ omnes dignitates maiores poſt pontificales, in

Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Eccleſiis, necnon valorem decem florenorum auri communi eſtimatione excendentes, principales in collegiatis. Reſeruauit etiam Prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales, ordinum quorumcunq; ſed non militiarum, ac quæcumq; beneficia, quæ ſui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore exiſtentes, & S. R. E. viuentium, nunc & qui erunt ſuo tempore Cardinalium familiares continui commenſales obtineant, & imposterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitũ Cardinalium eorundem, vel alias receſſerint. Ac fel. rec. Pauli II. Innocenti VIII. Adriani VI. Pauli III. & Iulii etiam III. ac Marcelli etiam II. necnon Pauli IIII. Ro. Pont. prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhęrendo, declaranit: dignitates, quæ in Cathedralibus etiam Metropolitañ. poſt pontificales non maiores exiſtunt, & quę ex Apoſtolicæ ſedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut conſuetudine præſcripta, vel alias quouis modo in collegiatis eccleſiis principalem præeminentiam habere noſcuntur, ſub reſeruatione prædicta comprehendi debere.

Reſeruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

ITEM reſeruauit generaliter, omnia beneficia eccleſiaſtica quorùmcũq; Collectorum & vnicorum in quacunq; Ciuitate, vel Dioc. qui ſuo tempore eorum officia exercuerint ſub collectorum, fructuum & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durãte eorum officio obtinuerint, ac in quibus, ſeu ad quæ ius tunc, eis competierit.

Reſeruatio beneficiorum Curialium dum Curia transfertur.

ITEM reſeruauit, omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica quorùmcunque Curialium, quos dũ Curia Romana de loco ad locum transfertur, eã ſequendo decedere contigerit, & in quouis loco quantũcunq; etiam a dicta Curia remoto.

Reſeruatio beneficiorum Cubiculariorum ac Curſorum ſuorum.

ITEM reſeruauit generaliter, idem D. N. Papa diſpoſitioni ſuæ, omnia beneficia Cubiculariorum, & Curſorum ſuorum.

Reſeruatio beneficiorum Eccleſiarum Sãcti Petri, S. Ioannis Lateranenſis, S. Marię Maioris de Vrbe, ac beneficiorũ Cardinalium, a Romana Curia abſentium.

ITEM reſeruauit diſpoſitioni ſuæ generaliter quæcunq; Canonicatus & Præbendas, ac dignitates, perſonatus & officia, in principis Apoſtolorũ, ſancti Ioannis Lateraneñ. ac beatæ Mariæ Maioris, de Vrbe eccleſiis. Necnon ad collationem, prouiſionem, & pręſentationem, ſeu quàmuis aliam diſpoſitionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium a Romana Curia abſentium, ratione ſuorũ epiſcopatuum, Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium titulorum ſpectantia, quandiu abſentia ſua durauerit, Canonicatus & præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura vacantia, & inantea vaçatura, tam in eadem Vrbe, quam in eccleſiis, ciuitatibus, & dioc. dictorum epiſcopatuum conſiſtentia. Ac decreuit irritum &c.

De literis in forma Rationi congruit expedieñ.

ITEM voluit idem D. N. Papa ꝙ conceſſa per Marcellum & Paulum prædeceſſores ſuos, & de eorum mandato; expediantur in forma Rationi congruit, ſub die coronationis ſuæ, vt moris eſt, & idem quo ad conceſſa per fe. re. Iulium Papę III. etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex mẽſes duntaxat, ab ipſa die coronationis incipiendos obſeruari voluit.

Reſeruatio omnium eccleſiarum, quæ prædeceſſores tempore obitus reſeruauerãt, pariter beneficiorum tunc vacantium tanquam affecta.

ITEM declarauit, omnium & ſingularum Eccleſiarum Cathedralium, & monaſteriorum, prouiſiones, quas præfati prædeceſſores ſui, ordinationi & diſpoſitioni eorum, necnon omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica, quæ dicti prædeceſſores, etiam præfatæ diſpoſitioni, cum interpoſitione, decreti reſeruauerant, quæ quidem Eccleſiæ, & monaſteria, necnon ſic reſeruata beneficia, tẽpore obitus eorundem prædeceſſorum uacabãt, aut Eccleſię, vel monaſteria huiuſmodi ſi cõmẽdata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent etiam tunc vacaſſent, remanſiſſe, & remanere per huiuſmodi reſeruationem, & decretum affecta, nullumq; de illis præter Romañ. Pontificem, ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe, ſiue poſſe quoquomodo: decernens irritum & inane ſi ſecus de illis attentatum forſan erat tunc, vel imposterum contigerit attentari.

Reualidatio literarum prædeceſſorum, gratiam vel iuſtitiam continentium, ac reſtitutio in priſtinum ſtatum, ad exequendum ac ſi inchoatio infra annum facta fuiſſet.

ITEM prædictus D. N. omnes & ſingulas ab ipſo Paulo prædeceſſore ſuo infra annum ante diem obitus eius conceſſas, gratiæ vel iuſtitiæ literas temporibus debitis eorum executoribus non præſentatas, omnino reualidauit, & in ſtatum priſtinum, in quo videlicet ante fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quo ad hoc plenarie reſtituit, ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis ſubdelegandos, perinde ad ipſarum executionẽ procedi poſſe & debere, ac ſi executio huiuſmodi temporibus præfatis inchoata fuiſſet.

Reuocatio expectatiuarum & aliarum gratiarum.

ITEM reuocauit quaſcunq; expectatiuas, ac collationum mutationes, ac reualidationes, & extenſiones, eas quomodolibet concernentes, etiã ſi qui per eas in canonicos, ſua expectatione præbendarum, vel portionum creati aut recepti fuiſſent. Necnon alias; quam ſuper quibus per Cancellariam apoſtolicam literæ in forma ſolita expediri conſueuerunt, reſeruationes etiam mentales, perinde ac ſi non emanaſſent, de quibuſuis etiam Patriarchalium, metropolitañ. & aliis cathedralibus eccleſiis, ac monaſteriis, & beneficiis vacaturis cum prouiſionibus, & commendis, aliiſq; diſpoſitionibus, ſeu de prouidendo, & commendãdo, aliaſq; diſponendo mandatis; & extenſioni-

bus indeſecutis. Necnon abſq; conſenſu coadiu torias, ſeu coadiutorium deputationes, etiam cũ ſucceſſione, per dictos Marcellum, & Paulum, ac alios Ro. Pontifices prædeceſsores ſuos in fauoré quorumcunq;, & quibuſcunq; etiam Sanctæ Ro manę Eccleſiæ Cardinalibus, & ſub quibuſuis ver borum formis, etiam Motu proprio, & de apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ſeu conſiſtorialiter conceſsas, & factas: Ac facultates nominandi, reſeruandi, conferendi, commendandi, & alias diſponendi, quæ ab eiſdem prædeceſſoribus emanarunt, illarumq; vigore factas nominationes, & reſeruationes, quo ad ea, in quibus nondum vere, non autem per decretum in illis appoſitum, ſunt ſortitæ effectum: nec alicui, quaſcunq; declarationes, aut præſeruatiuas, vel ex tunc prout ex die reuocationis huiuſmodi reſtitutiuas, & reualidatiuas clauſulas, vel adiectiones etiam ſi in eis decretum eſset, illas ex tunc effectum ſortitas eſse, & ius in re quæſitum fore, aduerſus reuocationem huiuſmodi, in aliquo ſuffragari, ac tenores & formas omnium præmiſsorum pro expreſſis haberi voluit.

Reuocatio Vnionum.

ITEM rationabilibus ſuadentibus cauſis, ipſe D. N. omnes vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicatio

nes,& diſmembrationes,etiam perpetuas,de qui buſuis Cathedralibus, necnon aliis Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus,perſonatibus,officiis, ac locis,& beneficiis Eccleſiaſticis,perceſsum vel deceſſum, aut quàmuis aliam dimisſionem, ſeu amiſſionem qualiacunque fuerint, inuicem, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, menſis, dignitatibus, perſonatibus, officiis, beneficiis, & piis, ac aliis locis, vniuerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium, & collegiis etiam in fauorem Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſeu Eccleſiis, Monaſteriis,& beneficiis, per eos obtentis quomodolibet, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate factas, quę ſuum ſortitę non ſunt effectum,ac quæcunq; concesſiones,& mandata ſuper vnionibus, annexionibus, & incorporationibus, ac aliis præmisſis taliter faciendis reuocauit, caſsauit, & irritauit, nulliuſq; decreuit exiſtere firmitatis, nec alicui qualcunq; clauſulas, vel adiectiones in quibuſuis Apoſtolicis,etiam quæ, Motu proprio, aut ex certa ſcientia,etiam conſiſtorialiter proceſserant,& emanauerant literis, etiam ſi in eis decretum eſse,illas ex tunc effectum ſortitas eſse,aut ius quæſitum fore quomodolibet contentas, aduerſus reuocationem,caſsationem,& irritationem huiuſmodi voluit aliquatenus ſuffragari.

Reuocatio facultatum conceſsarum quibuſcunq;

ITEM reuocauit quaſcunq; facultates conceſſas quibuſuis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac aliis Prælatis, & perſonis, Necnon Apoſtolicæ ſedis nunciis, ac fructuum & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum collectoribus, de diſpenſando, cum quibuſuis perſonis ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac ſuper natalium & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis eccleſiaſticis, inſimul retinendis, necnon de notariis publicis creandis, ac de diſponendo quomodolibet de quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis, & alias a præmiſſis, officia ipſorum nunciorum & collectorum, directe non concernentes, Necnon facultates & indulta quibuſuis Cardinalibus, aut aliis perſonis etiam ad vitam de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis certarum Ciuitatum, & Dioec. in quibus ipſi non erant, nec vnquam fuerant veri ordinarii collatores, ſed de ipſorum ordinariorum cōſenſu, aut etiam ſine ipſorum conſenſu, ſeu ſe de Epiſcopali, vel etiam Archiepiſcopali vacante, diſponendi, aut Vicarios perpetuos, ſeu temporales, qui etiā eiſdem Cardinalibus, aut perſonis huiuſmodi beneficia conferrent, vel commendarent deputandi, Aut ipſi Vicarii per quoſcumq; Roman. Pont. prædeceſſores ſuos, deputati fuiſſent, etiam perinde ac ſi veri, & non ficti inibi ordinarii collatores eſsent ac etiam cum decreto, ꝙ diſpoſitiones de eiſdem beneficiis, abſq; eorundem Cardinaliū,

vel perſonarum conſenſu, etiam per Sedem Apoſtolicam pro tempore factæ, nullius eſſent roboris, quomodolibet conceſſa, etiam ſi in literis deſuper confectis, ſint clauſulæ, reſtitutoriæ reintegratoriæ & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expreſsis haberi voluit, quo ad omnia in quibus facultates ipſe non ſunt ſortitæ effectum, etiam ſi Nunciis eiſdem dictæ Sedis Legati de latere competens ſit conceſsa poteſtas, decernens irritum &c.

Reuocatio facultatum conſerendi beneficia reſeruata.

ITEM reuocauit quaſcunq; facultates, literas deſuper confectas, per quas quicumq; ſui prædeceſsores Ro. Pontifices, quibuſuis perſonis ordinariam Collationem, ſeu aliam diſpoſitionem, beneficiorum eccleſiaſticorum, de iure vel conſuetudine habentibus, & quauis etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia dignitate, non tamen Cardinalatus honore fungentibus, quauis conſideratione, vel intuitu, ſeu etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſerant, vt quandiu viuerent, vel ſuis eccleſiis, ſeu monaſteriis præeſſent, aut ad illud tempus de beneficiis eccleſiaſticis generaliter reſeruatis, ſeu affectis, ad eorum collationem prouiſionem præſentationem, electioné,

aut quãmuis aliam diſpoſitionem cõmuniter vel diuiſim ſpectantibus, diſponere libere & licite valerent, aut etiam ad id per eoſdem prędeceſſores, Vicarii perpetui, vel ad tempus conſtituti forent.

De dictionibus numeralibus in literis Apoſtolicis ponendis.

ITEM vt in Apoſtolicis literis committendi crimen falſi, per amplius tollatur occaſio, voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ in antea, dictiones numerales, quæ in dictis literis, ante Kalẽdas nonas & idus immediate poni conſueuerunt per literas & ſyllabas extenſæ ſcribantur, & illæ ex præfatis literis, in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptæ fuerint ad Bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in data ſuper beneficio iuxta qualitatem.

ITEM voluit ꝙ de concurrentibus ſuper vacantibus ſeu certo modo vacaturis beneficiis, illi quibus gratiæ Motu proprio conceduntur, cæteris, ſimili modo gratias non habentibus, alias, graduati, non graduatis, aut inter graduatos magis graduati; aut inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo poſſeſſoribus, ac inter perſonas alias in curia præſentes, abſentibus ab ea, ac inter præſentes, non beneficiati, bene

ficiatis, & ſimiliter inter abſentes, & cæteris pa-ribus oriundus, non oriundo, & diæceſanus non diæceſano. In reliquis vero ſinguli, qui prius apoſtolicas deſuper literas, eorum executori-bus præſentauerint, aliis in ipſorum de quibus agi contigerit, beneficiorum aſſecutione præfe-rantur.

De non tollendo ius quęſitum per quam cunq; commiſsionem.

ITEM ne per varias, quæ pro commiſsio-nibus ſeu mandatis, & declarationibus habendis, in cauſis plerumq; ſiunt ſuggeſtiones, iuſtitia poſt ponatur, idem D.N. decreuit, & declarauit, ſuę in-tentionis fore, ꝙ deinceps per quàmcunq; ſigna-turam, ſeu conceſsionem, aut gratiam, vel literas Apoſtolicas pro commiſsionibus, ſeu mandatis, aut declarationibus huiuſmodi etiam ſi Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac etiam ante motam litem a S. ſua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.

De ętate Canonicorum Cathedralium, & collegiatarum eccleſiarum.

ITEM quod prouiſiones ſeu conceſsiones vel mādata de prouidēdo, de Cathedralium eccle

ſiarum canonicatibus & præbendis, quæ pro quibuſuis perſonis, ſi xiiii. ſuæ ætatis annum non cõpleuerint quomodolibet emanauerint, niſi eis, ꝙ illos in minori ætate recipere poſsint per ſedem Apoſtolicam ſpecialiter conceſsum fuerit, & quęcunq; diſpoſitiones de canonicatibus, & præbendis in collegiatis eccleſiis, ſi impetrantes maiores decem annis non fuerint, & de hoc in impetrationibus huiuſmodi expreſsa mentio non fiat, nullius roboris ſint vel momenti, & habeantur pro infectis.

De infirmis eorum beneficia reſignantibus.

ITEM voluit, quod ſiquis in infirmitate conſtitutus, reſignauerit aliquod beneficium, ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa permutationis, vel alias dimiſerit, aut illius commendę ceſſerit, ſeu ipſius beneficii vnionis diſſolutioni conſenſerit, etiam vigore ſupplicationis dum eſſet ſanus ſignatæ, & poſtea infra. xx. dies, a die per ipſum reſignantem p̄ſtandi conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipſum beneficium quauis auctoritate conferatur, per reſignationem ſic factam, collatio huiuſmodi nulla ſit, ipſumq; beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare.

Cui conceditur prouideri de parrochiali eccleſia, debet intelligere, & loqui idioma illius patriæ.

ITEM

ITEM voluit ꝙ ſi contingat ipſum alicui perſonæ de parrochiali Eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere, niſi ipſa perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, vbi huiuſmodi Eccleſia cōſiſtit, prouiſio, ſeu mandatum, & gratia deſuper quo ad parrochialem Eccleſiam, nullius ſit roboris vel momenti.

De beneficio impetrato per obitum viuentis.

ITEM ſiquis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocunq; tanq̄ per obitum alicuius, licet tunc viuentis vacante, prouideri, & poſtea per obitum eius vacet, prouiſio & quæuis alia diſpoſitio, dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi denuo facienda nullius ſit roboris vel momenti.

De vnionibus, & vnionum confirmatione.

ITEM voluit ꝙ petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem extimationem, tam beneficii vniendi, q̄ illius, cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis, quorum inter eſt. Et idem voluit obſeruari in firmationibus vnionum factarum.

De mendicãtibus tranſeuntibus ad alios ordines.

ITEM, de mendicantibus qui ad alios ordines transierint pro tempore, voluit conſtitutionem fe.re. Martini Pape quinti, predeceſſoris ſui, de ſuper factam, & in libro Cancelariæ Apoſtolicæ deſcriptam quæ incipit, Viam ambitioſæ cupiditatis, &c. firmiter obſeruari.

De Male ꝓ motis ſeu ordinatis ad ſacros ordines.

I T E M, de clericis extra tempora a Iure ſtatuta ſiue ante ætatem legitimam, aut abſq; dimiſſoriis literis, ad ſacros ordines ſe promoueri faciẽtibus pro tempore, etiam voluit Cõſtitutionem piæ me. Pii Pape ii. ſimiliter predeceſſoris ſui deſuper editam, & in dicto Cancellariæ Apoſtolicæ libro deſcriptam, quæ incipit, Cum ex ſacrorum ordinum &c. pari modo obſeruari.

De moneta.

I T E M, declarauit idem D.N. quod libra Turonẽ. paruorum, & Florenus auri de Camera, ꝓ æquali valore, in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam computari, & æſtimari debeãt.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias, vel monaſteria.

ITEM, præfatus D. N. Papa, voluit, decreuit, & ordinauit, ꝙ quæcunq; conceſſiones, gratiæ & mandata et Motu proprio, & cum derogatione hmõi conſtitutionis, quæ ab eo pro quibuſuis perſonis emanauerint, de prouidendo eis de quibuſuis beneficiis vacaturis ꝑ promotionem quorũcunq; ad eccleſiarum, & monaſteriorũ regimina, ſi huiuſmodi conceſſiones, & mandata diem promotionis promouendorum ipſorum præceſſerint, necnõ quæcunq; collationes, prouiſiones & diſpoſitiones ꝑ tempore faciendæ, de præmiſſis ac quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, quæ per promouendos, vel aſſumendos, ad quaſcunq; prælaturas, inter illarũ vacationis, & huiuſmodi ꝓmotiõis, vel aſſumptionis tempora, ſimpliciter, vel ex cauſa ꝑmutationis, vbicũq; resignari, vel alias dimitti cõtigerit, cum inde ſecutis ꝑ tempore ſint caſſæ, & iritæ, nulliuſq; roboris, vel momenti.

Non iudicetur iuxta formam ſuplicationum, ſed literarum expeditarum.

ITEM, cum ante confectionem literarum gratia apoſtolica ſit informis, voluit, ſtatuit, & ordinauit idem D. N. ꝙ iudices in Ro. curia, & extra eã pro tempore exiſtẽtes, etiam ſi ſint Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, cauſarum palatii apoſtolici Auditores vel quicunque alii non iuxta ſup-

plicationum ſignatarum ſuper quibuſuis impetrationibus, niſi in dicta curia duntaxat ſint commiſſiones iuſtitiam concernentes, per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium, iuxta facultatem ſuper hoc ſibi conceſſam ſignatę, ſed iuxta literarum ſuper eiſdem impetrationibus & conceſſionibus cōfectarum, tenores & formas, iudicare debeant, decernens irritum, &c. & ſi litteræ ipſæ per præ occupationem, vel alias minus bene expeditæ repe riantur, ad illorum quorum intereſt inſtantiam, ad apoſtolicam Cancellariam remitti poterunt p officialēs, qbus huiuſmodi tenores & formas reſtringere cōuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

ITEM attendens idem D. N. Papa, quod ſuper habendis de Cancellaria apoſtolica regulis & conſtitutionibus inibi deſcriptis, faciliter per eos, qui in Ro. cu. indiguerint, ad ipſam Cancellariā recurſus dirigi poteſt, nec conſultum foret, quod ſuper earundem regularum, & conſtitutionum, quas iuxta varietatem occurrentium cauſarum & negociorum aliquoties immutari conuenit, p bando tenore vel effectu teſtium plerumq; tenacem memoriam deſuper non habentium depoſitionibus ſtari debere, voluit ſtatuit, & ordinauit, quod deinceps quilbet ex Auditoribus cauſarū palatii apoſtolici, & alii etiam ſi S. R. E. Cardina-

les ſint,in ipſa curia pro tempore deputatis,aucto ritate apoſtolica iudicibus,etiam in cauſis actu pẽ dentibus ſuper huiuſmodi tenore,effectũ vel pro bando,duntaxat ſtet,fidemq; adhibeat cedulę ſeu ſcripturæ deſup a duobus de maiori parco,quod danda ſit, a tergo ſignatæ, & etiam duobus aliis li terarum apoſtolicarum Abbreuiatoribus, in ipſa Cancellaria auſcultatæ, & domini Vicecancellarii ſeu dictam Cancellariam Regentis manu ſubſcri ptę, vt moris eſt. Quicquid autem ſecus fieri con tigerit, nullius ſit roboris vel momenti.

De ſurrogandis collitigantibus.

ITEM D. N. litium ſuccidere cupiens anfra ctus,& ne noui collitigantibus aduerſarii dentur, prouidere voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ quoties deinceps aliquem ſuperquouis eccleſiaſtico bene ficio collitigantem in iure, vel ad ius, ſi quod for ſan eius aduerſario,in dicto beneficio cõpetierit, ſurrogari conceſſerit, dummodo prefatus colliti gans in dicto beneficio intruſus non fuerit,nec ſu per eo,contra dictum aduerſarium, poſtq̃ illud ꝑ triennium pacifice poſſederit lis tunc mota fuerit aliorum quorumlibet de præmiſſo iure, ſiue tunc vacet,vel cum vacauerit,impetrationes, vel con ceſſiones,etiam Motu proprio,infra menſem,an te conceſſionem huiuſmodi factæ, nullius ſint ro boris vel momenti, Et nihilominus Pauli ii. Inno

centii viii. Adriani vi. Pauli iii. ac Iulii et iii. necnõ Marcelli etiam ii. & Pauli iiii. Ro Pont. predeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium benficia; illorum præſertim, quibus aut propter ſenium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, impetrant, vt illis decedentibus, tanquam colligãtes in illorum iuribus facilius ſurrogentur, voluit, vt de inceps nullus in iurȩ, vel ad ius, in beneficio defuncti, qod illo viuente in caſibus p̃miſſis, vel ſimilibus, impetrauit, aliquo modo ſurrogetur, ac ſurrogatio, & gratia, ſi neutri, ſi nulli ſeu nouæ prouiſionis, aut perinde valere, taliter impetranti, nullatenus ſuffragetur, quod etiam ſtrictisſime obſeruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionẽ ex quibuſuis criminibus, & exceſſibus forſan perpetratis, etiam ſi vſque da difinitiuam ſententiam quæ tamẽ in rẽ nõ trãſierit iudicatã, ꝓceſſũ foret.

Non valet impetratio per obitum, niſi præ ceſſerit congruum tempus.

ITEM voluit, & ordinauit, quod omnes gratiæ, quas de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, vel ſine cura ſȩcularibus, & regularibus per obitum quarumcũque perſonarum vacantibus inantea fecerit, nullius roboris, vel momenti ſint niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum huius

modi, tantum temporis effluxerit, quod interim vacationes ipſæ de locis, in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint ad notitiam, eiuſdẽ domini noſtri veriſimiliter potuerint perueniſſe.

Non valeant commisſiones, nec proceſſus cauſarum ſuper gratia, niſi literis expeditis.

ITEM, ꝙ omnes, & ſingulæ commisſiones cauſarum, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occaſione concesſionum dumtaxat apoſtolicarum de beneficiis eccleſiaſticis gratiarum, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi, nullius ſint roboris, vel momenti.

De impetratione beneficiorum vacantium per obitum familiariũ Cardinaliũ.

ITEM, voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipſius Cardinalis, & ſi ille in curia fuerit, eius ad id accedat aſſenſus, alias deſuper gratia ſit nulla. Et idem ſeruari voluit, etiam ſi dicti familiares eorundem Cardinalium familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Card. familiaritatẽ ſimilẽ tranſierint; quo ad beneficia, quę familiaritate priori durãte obtinuerit, & ĩ quibus, priori, ipſa familiaritate durãte, ius

eis competierit, ita ꝙ quo ad illa Cardinales, quorum prius familiares fuerint; ſuum habeant adhibere conſenſum. Ac fe.re.Sixti iiii. Innocentii.viii. Adriani vi. Pauli iii ac Iulii etiam iii. Marcelli ii. necnon Pauli iiii. Ro. Pont. predeceſſorum ſuorum inherendo veſtigiis, declarauit præſentem Conſtitutionem locum non haberæ in illis beneficiis, quæ non ſolum rōne familiaritatis continuę comenſalitatis huiuſmodi, ſed etiam rationem officiorum, quæ familiares ipſi tempore obitus eorum, in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut ante obtinuiſſent, dictę diſpoſitione generaliter reſeruata, vel effecta fuiſſe apparent, necnon illos, quo ad effectum dictæ conſtitutionis familiares eorūdē Cardinaliū cēſerit, qipſorū Cardinaliū familiares cōtinui cōmēſales ad minus per quatuor mēſes fuiſse probarentur. Decernēs iritum, &c.

Super eadem familiaritate.

ITEM, idem D.N. ad euitandas lites, & contētiones, quę ex precedenti ſua Conſtitutione exoriri poſsent, veſtigiis prædeceſſorum ſuorum inhęrendo, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod ſi beneficia, quæ per obitum familiarum continuorum commenſalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt, ceſsantibus apoſt. reſeruationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam deſpoſitionem pertinere deberent, in dicta prece-

denti conſtitutione non comprehendantur, quo ad hoc, vt improuiſionibus talium beneficiorum ſuper expeditionibus literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, conſenſus requiri debeat, ſed beneficia huiusmodi ad collationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Cardinalis ordinarii collattoris, vt pręfertur, libere ſpectare cenſeantur, & ſi apud ſedem apoſtolicam, beneficia huiuſmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc improuiſione huiuſmodi talium beneficiorum ſuper expeditione literarum illius Card. exigatur conſenſus, ſi in Romana Curia pręſens fuerit, ad quem eorundem collatio vel diſpoſitio, vt præfertur pertinere deberet.

Signatura per Fiat præfertur alteri per cōceſſum.

ITEM voluit idem D. N. quod concurrentibus eadem die ſuper quocunque beneficio, per Fiat, & Conceſſum ſignaturis, Ex eis per Fiat, etiã vt petitur, habens, alteri per conceſsum, etiã Motuproprio habenti præferatur.

De impetrando beneficium, etiam per annum pacifice poſseſsum.

ITEM, Sanctisſimus D. N. vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, ſtatuit & ordinauit ꝙ quicunque benificium eccleſiaſti-

cum, tunc per annum immediate pręcedentem, pacifice poſſeſſum, & quid certo modo vacare prætenditur, de inceps impetrauerint, nomen, gradũ, & nobilitatẽ poſſeſſoris eiſdẽ, & quot annis illud ipſe poſſederit, ac ſpecificã, & determinatam, ex qua clare poterit conſtare, quod nullum ipſi poſſeſſori, in dicto beneficio ius competat, cauſam, in huiuſmodi impetrationem exprimere, & infra ſex menſes, ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere; cauſamq; ex tunc deſuper infra ãnũ vſq; sẽtẽtiã diffinitiuã incluſiuæ pſequi debat, & teneatur, alioquin impetratio predicta, & quæcũq; inde ſecuta nullius exiſtant firmitatis, & idem impetras, de damnis, & intereſſe poſſeſſorẽ predictũ ppterea cõtingẽtibus ei ſatisfacere, & ſi posſeſſorẽ ipm iniuſte, friuole, & indebite moleſtasſe reptus extiterit, qnquaginta Florenos auri perſoluere Camere Apoſt. ſit aſtrictus; nec alius, quam præmiſſe vacationis modus, ẽt per literas ſi neutri, aut ſurrogationis, vel alias ſibi, quo ad hoc, vt beneficium huiuſmodi ea vice conſequi, aut obtinere valeat, quomodolibet ſufragetur, illudq; nullatenus inantea litigioſum propterea cẽſeatur, quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia eccleſiaſtica cuiuſcunquæ qualitatis per priuationem; & amonitionem, vel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina vacantia, vel vacatura. Et ſimiliter ad impetrantes beneficia tã quam vacantia per deuolutionem,

De trienali poſſeſſore non moleſtando.

ITEM, ſtatuit, & ordinauit idem D. N. quod ſi quis quecunque ecclesiaſtica beneficia qualia-cunquæ ſint abſquæ ſimoniaco ingreſſu ex quouis titulo Apoſt. vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiuſmodi confirmatione ſeu pſentatione, & inſtitutione illorum, ad quos beneficiorũ huiuſmodi collatio, prouiſio electio, & preſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet per trienium pacifice poſſederit, dũmodo in beneficiis huiuſmodi, ſi diſpoſitioni apoſt. ex reſeruatione generali in corpore iuris clauſula reſeruata fuerint, ſe non intruſerit, ſuper eiſdem beneficiis taliter poſſesſis, moleſtari nequeat, necnõ impetratioẽs quaſlibet de beneficiis ipſi ſic poſseſſis factas irritas, & inanes cenſeri debere decreuit, antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo.

De publicatione facienda in beneficii reſignatis.

ITEM idem D. N. ſtatuit, & ordinauit, ꝙ q;cũquæ beneficia eccleſiaſticã ſiue in Ro. curia, ſiue extra eã reſignata, niſi de illis factæ reſignationes ſi in eadẽ curia infra ſex mẽſes à die datæ ſuplicationis, & nõ a die præſtiti cõſẽſus cõputandos, ſi vero extra dictam curiã factæ ſint, infra mẽſẽ, ex tũc vbi dicta beneficia cõſiſtũ publicatæ fuerint vel poſſesſio illoꝝ ab eis, quos id cõtingit, petita extiterit,

ſi reſignantes iſta poſtmodum in eorundem reſi-
gnatorum beneficiorum poſseſione deceſserint non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacaré cenſeantur. Collationes quoque, & quæuis alie diſpoſitiones de illi tanquam per reſignationem vacantibus factæ, & inde ſecuta, nullius ſint roboris, vel momenti.

De non appellando ante diffinitiuam ſententiã.

ITEM idem D. N. vt fin's 'itibitus celerius imponatur, & litigantium parcatur ſumptibus, & expenſis ſuorum prędeceſsorum conſtitutionibus, & ſtatutis in herendo, ſtatuit, & ordinauit, quod in cauſis, in Ro. curia pendentibus, & quas impoſterum quouis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitiuã ſententiã liceat appellare, nec appellatio ſi fuerit emiſsa, debeat admitti niſi ab interlocutoria, quem vim habeat diffinitiuæ, vel agrauamine minime concernente negocium principale, quod non poſsit per appellationem a diffinitiua ſententia reparari, nulliquæ cauſe apellationum committantur, niſi in commisſione exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamé ſit tale, quod in appellatione a diffinitiua non valeat reparari, alioquin appellationes, & commiſsiones impoſterum, & quicquid inde ſecutum fuerit, nullius ſit roboris, vel momenti, commisſionibus appellationum, iam

iudicibus præſentatis, & exibit in ſuo robore per manſuris, inquibus latis ſuper eiſdē ſententiis ſecundo, vel vlterius ab eis, non liceat appellare. Appellātes ver, & appellationes, etiā ab interlocutoriis, & grauaminibus huiuſmodi, ſuo vel alterius nomine proſequentes, ſi ſuccubuerint, vltra expenſas, & damna, ad quæ reſarcienda de iure condemnatus cum pellitur, viginti florenorum auri pęna multentur.

Commiſſioni poſt concluſionem non ſtetur niſi derogetur concluſioni.

ITEM ſtatui, & ordinauit, quod in commiſſionibus eſt iuſtitia ſeu mandatis, etiam conſiſtorialibus per eum, ſeu de eius mandato, vel auctoritate, in cauſis, in quibus concluſum exiſtat, impoſteriū cōcedendis, etiā eſt in eis de concuſſione huiuſmodi ſimplicite vel explicite mentio facta fuiſet, nihil cenſeatur eſse conceſsum, niſi per conceſsionem commiſsionis huiuſmodi concluſioni deroget eſpreſsæ.

De literis religioſorum expediendis.

ITEM voluit, & ordinauit, quod ſi aliqui Religioſi petunt aliquod beneficiū ad nutum amouibile cum clauſula, Quod exinde pro ſolo nutu Abatis vel ſuperioris amoueri non poſſit, literæ quo ad ipſam clauſulam nullatenus expediantur

niſi idē D.N.ponat ī ſignatura, ꝙ nō poſſint amo
ueri, vel ad partem clauſulā ipſam concedat.

De clauſulis ponendis in reſignatione beneficii

ITEM, ſi committatur alicui beneficii reſigna
tionis receptio, ponatur clauſula. Attende quoq;
prouideas, &c. & ſi ex cauſa permutationis, reſi
gnationes fiant, ponatur clauſula, Quod neuter
permutantium ius acquirat, niſi quilibet ipſorū
ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

De ſupplendis deffectibus.

VOLVIT, quod ſi petantur, ſuppleri deffe-
ctus in genere; nullatenus litere deſuper conce-
dantur; niſi in petitione deſuper huiuſmodi de
fectus exprimantur; vel per Fiat vt petitur; ſupli-
catio ſignata fuerit.

De derogatione iuris patronatus.

ITEM voluit, quod ſuper quouis beneficio
eccleſiaſtico de iure patronatus laicorum non ex
pediantur literæ, niſi ponatur expreſſe, quod ta
le beneficium, tanto tempore vacauit, quod eius
collatio ad ſedem apoſtolicam legitime eſt deuo-
luta, vel quia tēpus patronis laicis ad preſentan-
dum, a iure præfixo lapſu exiſtat, aut ad id patro

norum ipſorũ accedat aſſenſus. Et ſi per ipſum iuri patronatus huiuſmodi derogari contigerit, ſi ius huiuſmodi ad aliq; Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Priecipẽ pertineat, & de hoc in literis prouiſionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit, non cẽſeatur iuri hmõi qomodolibet fore derogatũ.

De Comendis.

ITEM voluit, quod nulli ſęculari de regulari, nec religioſo de ſęculari beneficiis, cõmendadetur; niſi ſignatura, vel per clauſulam ad partem ſuper petitione commendæ huiusmodi de commenda ipſa mentio fiat.

De reformationibus.

ITEM, voluit, ſtatuit, & ordinauit ꝙ ſup qbuſcũq; reformationibus ſignatis ſup impetrationibus quorũcũq; beneficiorũ vacãtiũ, vel certo modo vacaturorũ; in quibus petitur, ꝙ literæ, ſuper prima data, expedire poſſint ſi, ex hmõi expeditione, ſub tali data cuicunq; videatur poſſe fieri p̃iudicium literæ huiuſmodi, ſub ipſa prima data, nullatenus expediantur, niſi reformationes huiuſmodi per Fiat, & ſub prima data ſignatæ fuerĩt.

De conſenſu in reſignationibus, & penſionibus.

ITEM voluit, & ordinauit, quod ſuper reſignatione cuiuſcunquæ beneficii eccleſiaſtici, ſeu ceſſione iuris in eo quam in manibus ſuis, vel in Cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans vel cedens, ſi præſens in Rom. curia fuerit perſonaliter, alioquin per procuratorem ſuum;ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni huiuſmodi in eadem Cancellaria expreſſe conſenſerit,& iurauerit, vt moris eſt. Et ſi ipſum reſignantem, vel cedentem pluries ſuper vno, & eodem beneficio in fauorem diuerſarum perſonarũ ſucceſiue conſentire contigerit, voluit Sanctitas ſua, quod primus conſenſus tenere debeat, & alii poſteriores cõſenſus ac literæ illorum pretextu etiã ſub priori data expeditę protempore, nullius ſint roboris, vel momẽti, nec litereæ reſeruationis, vel aſſignationis, etiam Motu proprio, cuiuſuis penſionis annuę, ſuper alicuius beneficii fructibus expediri poſſint, niſi de conſenſu illius, qui penſionem prædictam perſoluere tunc habebit.

De ingreſſu Religionis.

ITEM, non dentur literæ ſuper beneficiis vacaturis per ingreſſum religionis, niſi illis preceſſerit Data deſuper petionis.

Quod nõ valeat ĩpetratio facta p̃ modũ in Cãcellara exprimendum.

ITEM voluit, quod ſi petatur aliquod beneficium vacans, per modum in Cancellaria Apoſtolica exprimendum, talis impetratio non valeat nec literæ deſuper expediantur.

Cũ exprimitur nomen proprium Iudicis, & dignitatis, Iudex per ſe ipsũ tenetur exequi mãdatũ.

ITEM, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod quotieſcunq; per ſignaturam ſuam, vel de eius, mandato factam, ſuper exequendis aliquibus, cũ adiectione ꝓprii nominis, vel dignitatis cuiuſuis, Iudex, deturl iteræ deſup expediant̃ cũ expreſſione, ꝙ idem Iudex executionem faciat per ſe ipſum.

De diſpenſationibus in gradibus cõſauguinitatis.

VOLVIT, quod literis diſpenſationum, ſup aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis aut aut alias prohibitio, ponatur clauſula. Si mulier rapta non fuerit, & ſi ſcienter, ponatur clauſula addita in Quaterno.

Super deffectu natalium.

VOLVIT, ꝙ in diſpenſationibus ſup defectu nataliũ, ꝙ poſſint ſuccedere in bonis tẽporalibus, ponat̃ clauſula Quod nõ ꝑiudicetur illis, ad quos ſucceſſio bonorũ ab i teſtato ꝑtinere debeat.

Super defectu ætatis.

ITEM, ꝙ per quācunq; Signaturam, in quauis gratia totaliter effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur, & ſi ſuper defectu ætatis ſit diſpenſatio huiusmodi, de duobus duntaxat annis dari valeat, habita prius per teſtes idoneos vel alias informatione, quoad idoneitatem perſonæ, cui dicta diſpenſatio conceditur.

Super defectu natalium, ex nobilibus, & gradus.

ITEM, voluit ꝙ ſuperdefectu nataliū dentur graduatis, ſeu de magnis nobilibus genitis, per ſimplicem ſignaturam. Quatuor etiam ſi Canonicatus, & præbendæ Cathedralium, ſeu Collegiatarū eccleſiarū, & p Fiat vt petitur; Quatuor ſi petātur, dūmodo Canonicatus, & præbendæ Cathedraliū eccleſiarum, vel dignitates non exiſtant.

De incompatibilibus.

VOLVIT, ꝙ ſuper obtinendis imcōpatibilibus beneficiis, in Theologia Magiſtris, & in iure canonico, vel ciuili Doctoribus, & in aliis cum rigore examinis, ac in eadem Theologia licētiatis, aut Baccalarius formatis, ac magnis nobilibus, p Fiat, Quinquēnium, & addito vt petitur, quo-

ad vixerint, ad duo incōpatibilia Aliis vero p Fiat Bienniū,& addito vt petitur, trienniū ad duo dūmodo nō ſint duæ dignitates maiores poſt Pontificales ſeu principales, aut duæ parrochiales eccleſiæ, vel tales mixtim poteſtate pmutandi, ſi petat.

De obtinendis duabus parrocchialibus Eccleſiis, vel dignitatibus principalibus.

ITEM, voluit, & ordinauit, ꝙ per quācunq; Signaturā deinceps faciendā, nulli cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, cōditionis fuerit, detur diſpēſatio, ꝙ duas parrochiales eccleſias, vel dignitates maiores, poſt Pontificales in Cathedralibus, ſeu principales, in Collegiatis eccleſiis vel vnam, cum reliqua earū, inſimul retinere valeat, niſi ipſæ eccleſiæ parrochiales; adeo continguæ, & inuicem propinquæ ſint ꝙ ipſis, p vnum cōmode deſerui ri poſſit, illarūq; fructus, &c. inſimul vltra xxiiii. Florenos auri de Camera, ſecundum cōmunem æſtimationem, non valeāt annuatim, & de hoc in literis diſpēſationis huiuſmodi expreſſa mētio fiat, vel niſi ſuper obtinendis duabus ex huiuſmodi dignitatibus vel parrochialibus Eccleſiis inſimul pro magnis nobilibus, magiſtris, vel baccalariis in theologia formatis, vel doctoribus, ſeu licētiatis in altero iuriū, per verba diſpenſamus, & de ſpeciali ſufficiens ſignatura habeatur, & ſuper illis parrochialibus Eceleſiis huiuſmodi ſigna-

tura de parochialibus mẽtio fiat, & ſimiliter ĩ diſpenſationũ ad incompatibilia pro rogationibus obſeruetur.

Nulli ſuffragetur diſpẽſatio, niſi literis cõfectis.

ITEM, cũ cõceſſiones ſuper gratiis diſpẽſationũ quarũcũq; quibuſuis ꝑ ipſũ D.N.cõceſſarũ, vel concedendarũ, ꝑ Regulas Cãcellariæ apoſtolicæ ſint ꝓuide limitatæ, licet aliquãdo in petitionibus ſuper hmõi conceſſionibus oblatis multa ſint petita, ne quis talium conceſſionũ ꝑtextũ id diſpenſatiue tenere, aut facere preſumat, ad ꝙ conceſſiones hmõi ſe non extendant voluit idem D.N. ꝙ nulla talis diſpenſatio cuicũq; ſuffragetur, anteq̃ ſuper ea literæ apoſtolicæ ſint confectæ.

De non promouendis ad ſacros ordines

ITEM voluit, ꝙ ſecũ petẽtibus diſpenſari, vt ratione beneficiorum non teneantur ſe facere ꝓmoueri in Ro. cu. vel in ſtudio per Fiat, Septeniũ, alias vero Quinteniũ detur, dũmodo infra ãnũ, a tẽpore datæ diſpenſationis hmõi ad Subdiaconatus ordinem ſint promoti.

De fructibus in abſentia percipiendis

ITEM de fructibus in abſentia percipiendis,

detur in Romana curia, vel in ſtudio reſidendo, per quamcunque ſignaturam, Septenium, & alibi Quinquenium.

De duobus Decanatib9 i Alemania nõ obtinẽdis.

ITEM idem D. N. attendes ꝙ in Alemaniæ partibus Cathedralium, & Collegiatarũ eccleſiaꝶ Decanatibus, animarũ cura, & onus incumbit, Capitulo, preſidendi defectus, & negligentias diuinorũ, ac alios exceſſus corrigẽdi, & ſingula in, eccleſiis ipſius vt debito ordine dirigant, diſponẽdi, & ordinandi. Quodq; non abſq; graui diſpendio eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac ſtatus eccleſiarũ ipſarũ vnus tales plures decanatus obtinere poſſit fe.re. Pii ii. Iulii et. ii. & aliorum predeceſſorum ſuorũ veſtigiis inherẽdo voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝑ ſatus dom nus noſter, ꝙ nulla per eum vel ſedem apo ſtolicã, cuiuſquã in dictis partibus conceſſa, vel ꝑ eum cõcedenda diſpẽſatio de quibuſuis dignitatibus talibus Decanatibus inſimul recipiẽdis, & retinẽdis, qũolibet ſuffraget. Quinimo, ꝙ quilibet hmõi duos tales Decanatus in ſimul diſpenſatiue in eiſdem partibus obtinens, teneatur infra annũ alterũ ex illis, pro alio compatibili, & quod talis Decanatus non ſit, aut ꝙ diſpenſatiue obtinere poſſit in cõpatibili beneficio ꝑmutare. Alioquin hmõi ãno elapſo, ille ex hmõi Decanatibus, quẽ primo aſſectus fuerit, vacare cẽſeatur eo ipſo.

ITEM voluit, ꝙ in literis indulgentiarũ, ſolum dentur feſta per Cancellariam dari ſolita, & ꝙ durent per xx. annos, niſi petantur pro vna die, & tunc durent perpetuo.

De clauſulis ponendis in literis indulgentiarum.

ITEM voluit, ꝙ in literis indulgentiarum ponatur, quòd ſi Eccleſiæ ſiue Capellæ, vel alias, aliqua indulgẽtia fuerit ꝑ ipſum cõceſſa, de qua inibi ſpecialis mẽtio facta nõ ſit, hmõi literę ſint nullæ.

Super indulgentiis conceſſis ad inſtar.

ITEM voluit idem D. N. quòd literæ ſuper indulgẽtiis nõ expediant ad inſtar, niſi ſpecificent.

De temporibus indulgentiarum.

ITEM voluit, ꝙ per Fiat, ſi eccleſia Cathedralis, vel inſignis Collegiata, aut ſolemne Monaſterium fuerit, tres, alioquin duo anni; & totidem quadragenæ, & per Fiat vt petitur, Cathedrali; Collegiatæ, vel Monaſterio quatuor alii tres anni dentur. Pro ſingulis vero diebus octauarum centum dies apponantur, & pro capella per Fiat, vnus, & per Fiat, vt petitur, duo anni cõcedantur.

De beneficiis vacātibus,& certo modo vacaturis

Item voluit, & ordinauit, ꝙ in gratiis beneficia libus de vacātibus, aut certo modo vacaturis fa/ ctis quibuſuis, ſi plura petantur beneficia; vnum cuiuſcunq; annui valoris per ſimplicē ſignaturā, & addita vt petitur, duo, aut tria, & non vltra beneficia petita veniant, dummodo etiam illorum fructus, &c. Centum libras Turoneñ. paruorum ſecundum communem æſtimationem, ſiue tan/ tundem in alia moneta, non valeant annuatim.

De valore beneficiorum exprimendo in impetrationibus.

ITEM voluit ꝙ in gratiis, quas quibusuis per ſonis de beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum & aliorum quo rumcunq; beneficiorum, quæ dictæ perſonæ tūc obtinuerint: ſeu de quibus eis fuerit prouiſum vel conceſſum, aut mandatum prouideri verus annuus per Marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turoneñ. paruorum, ſeu Florenos auri aut Ducatos, vel vncias auri, ſeu aliam monetā, valor ſecundum cōmunem æſtimationem, expri matur, niſi perſonæ prædictæ beneficia, quæ tūc obtinuerint, aut in quibus vel ad quæ ius eis cō/ petit, iuxta ipſarū oblationes vel alias dimittere teneantur, alioquin gratiæ præfatæ ſint nullæ. Et

idem ſeruetur in gratiis quas a Sanct. ſua Motuproprio emanare contigerit, quo ad beneficia, de quibus per Sanct. ſuam pro tẽpore prouidetur ſeu ꝓuideri mandatur, aut alias diſponitur, ac literis ꝑ quas etiam pro tẽpore ad Eccleſiarũ Patriarcalium. Metropolitanarũ, & Cathedraliũ, ac Monaſteriorum regimina promotis conceditur, ꝙ Monaſteria, & alia beneficia eccleſiaſtica, ſecularia, & regularia, per eos obtenta, & in quibus & ad quæ ius eis competit, retinere poſſint.

De clauſulis in beneficiis vacantibus ponendis

VOLVIT, & ordinauit, ꝙ quando ꝓuidet ſeu mandat ꝓuideri alicui de beneficio eccleſiaſtico vacante, tunc dari poterunt clauſulæ ſi petantur, etiã ſi illud, quouis modo &c. ſeu per conſtitutionem execrabilis vacet ac ſpecialiter reſeruatũ, inter aliquos litigioſum ſit, & eius collatio deuoluta fuerit, & ſi pro collitigante, vel ſurrogante, aut ſi neutri; vel ſi nulli &c. petẽte, ſi tunc lis ſpecifice exprimatur, nec detur aliqua generalis reſeruatio diſpoſitiue, niſi deſuper in cõceſſione ſpecialis, & expreſſa, ac pure & non ſub conditione, mentio fiat, & tũc reliquę reſeruationes inibi cõtentæ veniãt. Si vero tẽpore expeditionis inde literarum, generalis reſeruatio huiuſmodi probari non poſſint, aut in nouis ꝓuiſionibus ſeu ꝓ colligantibus, ſi neutri, vel ſi nulli, &c. ſit ex-

pęſsum, ꝙ ab aliquibus aſsertur, illum cuius beneficium cōceditur. collectorē, Abreuiatorē, vel Familiarem, &c. fuiſse, clauſula ponatur, etiã ſi dictũ beneficiũ ex eo, ꝙ talis Collector, vel Subcollector Abbreuiator vel familiaris, &c. fuit diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruatum exiſtat, dummodo non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum. In reliquis vero nulla clauſula detur, vnde reſeruatio generalis elici poſſit, niſi de ſup ſignatura ꝑ duplex Fiat ſignata ſit, aut reformatio, vel alias ſpecialiter habeatur.

Qualitates beneficioꝝ exprimãtur ĩ impetratione

ITEM voluit, ꝙ ſuper beneficiis eccleſiaſticis de qualitatibus illorum, videlicet, an dignitates, ꝑſonatus, vel officio ſint, eisq; cura im mineat, animarum, & ad illa cõſequerint qui per ellectionē aſsumi, mentio fiat alias, gratiæ deſuper facte ſint nullæ. Et ſi qualitates huiuſmodi, affirmatiue, vel conditionaliter nõ exprimantur, negatiua expreſſio deſuper Fiat in beneficiis, que tales qualitates uel ex eis aliquas conſuerint habere,

De beneficiis vacãtibus ꝑ contractũ matrimonii.

ITEM, ſi reſeruetur beneficium ꝑ cõtractum matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec cenſeatur beneficium reſeruatum

ſpecialiter,vel affectum, niſi ſequatur matrimoni um ſed in beneficiis per promotionem, vel aſſecutionem aut ingreſſum religionis vacaturis,ponatur,clauſula etiã ſi nõ petat cũ beneficia hmõi, pmiſſo vel alio quouis modo,&c.pter quã p obi tum obtinentis,vacare cõtigerit, etiam ſi vacent.

De religioſis recipiendis,quæ clauſulæ debentur.

ITEM,voluit, ꝙ ſi petatur aliquẽ in Religioſũ recipi,& ſibi de quouis beneficio eccleſiaſtico pꝛuideri per ſimplicẽ ſignaturam fiat receptio hmõi dumtaxat detur, adiecto, ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicũ non obſiſtat, & exprimatur, ſi certus numerus regularium ſit ibidem, cui etiã non derogetur niſi expreſſe concedatur. Et ſi numerus iſte nõ exiſtat ponatur, dũmodo receptionis locus huiuſmodi nimiũ propterea nõ grauet.

De tranſlatione Religioſornm, & impetratione beneficiorum.

ITEM, ſi Regularis petat ſibi de beneficio, ab aliquo Monaſterio, vel alio regulari loco depẽdẽte,prouideri,& appareat ex petitione hmõi, ꝙ alterius Monaſterii,vel loci religioſus ſit,licet in ibi tranſlatio non petatur nihilominus illa veniat.

De clauſulis, Si eſt ita.

ITEM, ꝙ in literis ſuper beneficiis, per conſtitutionem execrabilis vacantibus, ponatur clauſula, Si eſt ita. Similiter; de quibuſcunq; narratis in informationem facti requirentibus.

Petenti prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacaturo,

ITEM Petenti ſibi prouideri de vacaturo, dētur literę de vacaturo, & e conuerſo, prout expedierit impetranti.

Executoriales dentur ſub Bulla.

VOLVIT, & ordinauit, quod mādata Apoſtolica, ſuper ſententiis in Romana Curia latis, executioni demandandis ſub Bulla expediantur, alias ſint nulla.

Reuocatio Decimarum Impoſitionum, & ſuſpenſio Indulgentiarum.

ITEM reuocauit quaſcunq; Decimarum ſubſidiorum vigeſimæ, & aliorum onerū, impoſitiones, quæ a præfato Paulo predeceſſore ſuo ex quauis cauſa, ēt in ſubſidiū expeditionis contra Turcas, & alios orthodoxę fidei hoſtes emanarunt, & quaſcūq; facultates ſuper decimarū vigeſimæ, & onerum huiuſmodi exactione, quibus-

uis fructuũ, & prouentuũ Cameræ apoſtolicæ de bitorum Collectoribus & apoſtolice ſedis Nũciis, ab eodem prædeceſſore conceſſas. Suſpendit quoq; ad ſuæ Sanctitatis & ſedis apoſtolicæ beneplacitũ, quaſcunque plenarias indulgentias ab eodẽ prædeceſſore, ex quauis cauſa, etiã expeditionis huiuſmodi conceſſas, quæ per Nuncios, vel Queſtores deferebantur; necnon deputandi & eligẽdi Confeſſores, qui plenarie abſoluant, & alia faciant, ad earundẽ indulgentiarũ ſuſpenſarũ effectũ, reliqua ſue facultates, ipſas indulgentias quomodolibet concernentes, præterquã quo ad ea in quibus indulgentiæ & facultates in aliqua ſui parte ſint fortitæ effectũ, ita vt illis, qui implentes, iniuncta eis in literis indulgentiarũ huiuſmodi iã cõſecuti ſunt facultatẽ eligẽdi Cõfeſſorem, qui abſoluat eos plenarie in mortis articulo, per huiuſmodi ſuſpenſionẽ non præiudicetur, qui in facultate ipſa vti poſſint in ſuturũ. Decreuit quoq; irritũ & inane quicquid facultatũ reuocatarũ earundem ptextu impoſterum contigerit attentari.

Reuocatio facultatis percipiendi precium officiorum, &c.

ITEM reuocauit, caſſauit, & annulauit, ac irritas declarauit quaſcunq; facultates percipiendi precium officiorum Ro. cu. pro tempore vacantium, in toto vel in parte, ac quaſuis collatio-

nes, & conceſſiones, aliaſq; diſpoſitiones p fe. re. Paulum Papam iiii. prædeceſſorē ſuum de dictis officiis, ét ex die collationum, conceſſionum, & diſpoſitionum eorundē inantea vacaturis, in fa/uorem quarumcunq; perſonarum, Eccleſiarum, Monaſteriorum. porum locorum, Collegiorum ſeu eorum menſura, etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & extitulo oneroſo, & ſub alia quauis verborū forma, quā; & præmiſſorū teno res p expreſſis haberi voluit conceſſas, & factas, quo ad officia, quæ poſt obitū ipſius pdeceſſoris vacarūt, & impoſterū quomodolibet vacabunt.

Quod vigore clauſulæ maioris valoris fru/ctus in tertia parte augeri poſſint.

ITEM cum nonnulli impetrationibus bene/ficiorum eccleſiaſticorum p tempore vacantium & certo modo vacaturorum, aſſerendo illorum fructus, &c. certum per eos expreſſum annuum valorem non excedere, nonnunquā obtineant a Sanct. ſua, vt hmōi valorē annuum augere poſ ſint, vt verius poſſit in confectione literarum ſu/per hmōi impetrationibus, ſumma, ac valor ipſe annuus exprimi, aliter deſuper non ſpecificato ne de veritate hmōi cōceſſionis impoſterum hæſita/ri cuntingat: declarauit prætextu conceſſionis hmōi valorem ipſum vſq; ad tertiā partē valoris expreſſi, & in prima quæ deſuper fiet literarum

expeditione dumtaxat augeri poſſe, & eas quas literis iam expeditis cum expreſſione valoris ſpecificati aut non integro augumēto p̄dicto, denuo de ſuper expediri contigerit, literas cum aliquo augumento valori hm̄oi, nullius eſſe roboris, vel momēti, etiā ſi Motu ꝓprio, beneficiales, gratiæ, & diſpoſitiones quęcūq; a Sāctitate ſua emanarēt.

Clauſula abſolutionis non ſuffragetur falſificatoribus, & impedientibus Nuncios apoſtolicos.

ITEM, ne perſonis, pro quibus literæ ſuæ S. emanabunt, ob generalem abſolutionē a cenſuris eccleſiaſticis quibus ligatæ forent, ad earundē effectum indifferenter cōcedi, & in literis apoſtolicis apponi ſolitam præſtetur occaſio cenſuras ipſas vilipendendi & inſordeſcendi in illis, ſtatuit, & ordinauit hm̄oi abſolutionē, & clauſulā in literis, quis in futurum cum illa concedi continget, nō ſuffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus eccleſiarum, falſificatoribus, & falſificari procurātibus literas, & ſupplicationes Apoſto. & illis vtentibus receptoribus & fautoribus eorum ac res veritas ad infideles deferētibus, violatoribus eccleſiaſticæ libertatis, via facti, auſu temerario apoſtolicis mādatis non obtemperātibus & nuncios, vel executores Apoſtolicæ ſedis, & eius officialium eis cōmiſſa exequentes impedienibus, qui propter præmiſſa, vel aliquod eo-

rum excōmunicati a iure, vel ab homine per quatuor mēſes, ſcienter excōmunicationis ſententiā hmōi ſuſtinuerint, & generaliter quibuſcunq; aliis, qui cenſuris aliquibus, etiam aliis, quam, vt præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inſorduerint.

Officiales nihil exigant vltra debitum.

ITEM idem D. N. exactionibus, quas Sanctitas ſua, non ſine diſplicentia plerunq; fieri intellexit per officiales Romanę Curiæ, qui conſtitutis ſibi emolumentis pro exercitio officiorum quæ obtinent, non contenti, vltra a pro ſequentibus negociorum quorundam expeditionem, in eadem exigere non verentur, obuiare volens, diſtricte præcipiendo inhibuit omnibus & ſingulis quæuis officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quicquam prætextu officiorum quæ obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis, vltra emolumenta huiuſmodi exigere ſeu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitioſe differre ſub excōmunicationis, & preter illā, ſuſpenſionis a perceptione emolumenntorum huiſmodi, pro prima, ad Sameſtre & pro ſecunda, ad annum, & pro tertia vicibus, quibus ſic excederent, priuationis officiorum p eos obtentorum, in quibus ſic exceſſerint pænis. Ac voluit, q S. R. E. Vicecancellarius Camera-

rius, & maior Pœnitentiarius, excedentes ipſos reſpectiue, prout eis ſubſunt, per ſubtractionem emolumentorum eorundem, ac alias (vt præmittitur) conpellant ab hmõi illicitis exactionibus abſtinere, & cõtra eos per prædictas pænas, & alias, prout melius expedire viderint procedant.

Quod Cardinales non cõpræhẽduntur ſub Regulis poſt hanc primã expeditionem faciendis.

ITEM, cum S. R. E. Cardinales ipſi Sanctiſſ. D. N. aſſiſtant, ac propterea debeant ſpecialibus prærogatiuis, & priuilegiis gaudere idẽ D. N. ſtatuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, q̃ in quibuſcunq; cõſtitutionibus, & Regulis, p Sanct. ſuã impoſterũ, poſt hãc primã editionem, & ſuarum Conſtitutionem, & regularũ publicationẽ faciendis, nõ includant ipſi Cardinales, niſi illę earundẽ Cardinaliũ fauorem concernant; vel ipſæ Conſtitutiones ædendæ, de eorundem Cardinalium vel maioris partis eorum conſilio, æditæ fuerint.

De Poteſtate Reuerendiſſimi Domini Vicecancellarii, & Cancellariam Regentis.

Abſolutio eorum qui in Supplicationibus vel literis ignoranter ſcribunt.

PRIMO, Quod poſſit committere abſolutionem illorum, qui ignoranter in ſupplicationi

bus conſeruatorias per triennium, in forma.

De celebrando ante diem in locis interdictis.

ITEM, ꝙ poſſit, quibuslibet nobilibus perſonis petentibus, dare indultum de celebrando & celebrari faciendo ante diem in locis interdictis, & per Triennium, reconciliari faciendo Eccleſia & Cimiteria polluta in forma.

Quibus concedit poſſit indultum de fructibus percipiendis.

ITEM Prothonotarii, & literarum Apoſtolicarum Scriptoribus, ac de quibus, iuxta illorum ſufficientiam, & idoneitatem ſibi videbitur, Abbreuiatoribus ſua officia in Ro. Cu. ꝓ tempore exercentibus, indultum de percipiẽdis, in abſentia ſuorum beneficiorũ fructibus etiam ſi alias eis tale indultum, quauis auctoritate conceſſum fuerit.

Quibus conceditur Altare portatile

DOMINIS terrarum, & locorum, necnon Abbatibus; & per Priores gubernari ſolitorũ Monaſteriorum Prioribus, & ſuperioribus, ꝑlatis, & magnorum Principum Conſiliariis Altare portatile in forma concedere poſſit.

Quod poſſit admittere reſignationes.

ITEM, ꝙ poſſit admittere, & recipere reſignationes beneficiorum eccleſiaſticorum, quorũlibet, etiam generaliter, vel ſpecialiter, reſeruatorum

torũ, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, & deſuper, Supplicationes per conſenſum ſignare pro literis Apoſtolicis inde conficiendis vt moris eſt.

Quod poſſit ſignare Supplicationes.

ITEM, ꝙ poſſit ſignare ſupplicationes duorũ Referendariorum manibus ſignatas, de nouis prouiſionibus, ſi neutri, & ſurrogationibus, ꝓ collitigañ. in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans.

De ſignandis prouiſionibus.

ITEM, ꝙ poſſit ſignare Supplicationes etiam manibus duorum Referendariorũ ſignatas de beneficiis Eccleſiaſticis vacantibus, ſecularibus, ac regularibus, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter non reſeruatis, quorũ cuiuslibet, valor centũ floreñ. iuri de Cam. vel totidẽ librarum Turoneñ. paruorũ, ſe totidem in alia moneta, ſecundũ communem extimationem valorem annuum non excedat.

Super defectum natalium.

ITEM, ꝙ poſſit ſignare Supplicationes manu vnius Referendariis ſignatas, ſuper defectu natalium, ad omnes ſacros ordines, ac duo beneficia eccleſiaſt ca, cum cura, vel ſine cura, ſe in uicem compatientia, etiam ſi canonicatus, & præbendæ, vel officia Collegiatarum Eccleſiarum fuerint.

Super

Super defectu ætatis.

ITEM, ꝗ in gratiis Expectatiuis, concedere poſſit, ad obtinẽda beneficia, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia curata, de fectum ætatis patientibus, qui vigeſimum ſuæ ætatis annum peregerint, & de quibus ſibi ꝗ alias ad hoc idonei ſint, fides facta fuerit, ꝗ huiuſmodi eorum gratiæ, ad ipſa beneficia, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes ac officia valeant, ſuumq; ſortiantur effectum, & ꝗ illarum vigore, quam primum ad ætatem legitimam peruenerint, huiuſmodi beneficia, dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia acceptare, & de illis ſibi ꝓuidere facere ac ea recipere, & retinere poſſint, & valeant.

De reformationibus.

ITEM, ꝗ in expectatiuis, & beneficiis generaliter, vel ſpecialiter non reſeruatis, impetrationũ quorũlibet reformationes, de nõ obſtañ & diſpenſationũ omiſſarum, ac beneficiorum valoribus, & qualitatibus, nataliumq; defectibus, ſignare poſſit.

Super defectu ætatis, pro Magnatibus

ITEM, ꝗ in expectatiuis, pro Nobilibus, vel Graduatis, ſaltẽ, xx. annos habẽtibus, & ad obtinenda beneficia, dignitates perſonatus, admi

 niſtrationes,

niſtrationes, vel officia cum cura defectum ætatis patientibus, ad illa diſpenſationum ſupplicationes ſignare poſſit de duobus annis.

De maioribus præbendis.

ITEM, ꝙ ſufficientibus, & idoneis, ac de quibus, ꝙ tales ſint ei facta fides extiterit, in expectatiuis ſignare poſſet ad maiores Eccl. ſiarum præbendas in quibus, iuxta illarum ſtatuta & conſuetudines, de minoribus ad maiores, gradatim debet fieri aſcenſus.

De prorogationibus ſuſcipiendorum Ordinum.

ITEM, ꝙ poſſit ad ordines ſuſcipiendo arctatis prorogare terminos de dictis ſuſcipiendis Ordinibus, vſq; ad proxima, tunc a iure ſtatuta tempora, in quibus ſic arctati ſucceſſiue, ad ipſos Ordines promoueantur.

Placet publicentur, & deſcribantur. I.

LECTAE, & publicate fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ, Conſtitutiones, & ordinationes Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dñicæ Milleſimo Quingenteſimo quinquageſimo nono, die vero Martis, nona mēſis Ianuarii, Pontificatus prælibati Sanctiſs. D. N. Papę Anno Primo.

Ant. Lumellinus Cuſtos.

Reſeruatio

Reſeruatio Mēſium Apoſtolicorum, & Alternatiua ordinarijs reſidentibus.

SANCTISSIMVS In Chriſto Pater & DñsN.D.PIVS diuina ꝓuidētia Papa IIII. qui p̄deceſſorū ſuorū veſtigiis inhærēdo gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis de proximo concedere diſpoſuit, Cupiens interim donec prima generalis expeditio earūdē gratiarū per ſanctitatē ſuā cōcedendarum fiat eiſdem pauperibus, & aliis clericis, ac benemeritis perſonis de beneficiis eccleſiaſticis ꝓuidere, oīa & ſingula beneficia eccleſiaſtica cū cura & ſine cura ſęcularia, & quorūuis ordinū regularia, qualitercūq; qualificata, & vbilibet exiſtētia, In ſingulis Iāuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Auguſti, Octobris & Nouembris mēſibus, donec ipſarū gratiarū gñalis expeditio fiat, aliasq; per reſignationem extra Ro. Curiam quomodolibet vacatura ad collationem, prouiſionem, pñtationem electionem, ſeu quāuis aliā diſpoſitionē quorumcūq; collatorum, & collatricū ſecularū & regularium

regularium, non tamen S. R. E. Cardinalium aut aliorũ ſub cõcordatis inter Sedem Apoſtolicam,& quoſcunq; alios initis,& per eos qui illa acceptare,& obſeruare debuerũt acceptatis,ac obſeruatis quæ lædere nõ intendit, comprehenſorum quomodolibet pertinẽtia diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit. Et voluit ꝙ in ſupplicationibus,ſeu conceſſionibus gratiarum quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus etiam Motu proprio fient de menſe in quo vacauerint diſpoſitiue mentio fiat, alioquin grẽ prædictæ ſint nullæ. Et ꝙ priuilegia ac indulta Apoſtolica de diſponendo de hmõi beneficiis etiam cum clauſulis derogatoriarũ derogatoriis,ac fortioribus efficacioribus & inſolitis irritãtibusq;,& aliis decretis quibuſuis perſonis & collegiis cuiuſcũq; dignitatis,ſtatus,gradus ordinis & cõditionis exiſtentibus quolibet cõceſſa aduerſus reſeruationum hmõi nullatenus ſuffragetur.Sicq; in premiſſis p quoſcunq; &c. Sublata & iudicari debere, ac irritum &c. decreuit.Et inſup Sanctitas ſua volẽs Epiſcopis, Archiepiſ. & Patriarchis apud eorũ eccleſiam ſeu in illorũ dioce.pro tẽpore reſidentibus gratificari,eis ꝙ quotieſcũq; & quãdocũq;, apud eorũ eccl. ſeu in eorũ dic. reſederint dũtaxat de,quibuſuis dignitatibus;perſonatibus,adminiſtrationibus officis, Canonicat. & præbeñ.

ac

ac aliis beneficiis eccleſiaſticis cũ cura & ſine cura ſecularibus, ac quorũuis ordinum regula ribus ad eorum collationem, ꝓuiſionem, præ ſentationem, electionem, ſeu quãuis aliam di ſpoſitionẽ pertinentibus quæ in antea in ſingu lis Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris, & Decembris mẽſibus vacare cõtigerit. Dum modo alias diſpſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata; vel ex generali reſeruatione Apoſto lica affecta nõ fuerint; ẽt ſi pñtationes nomina tiones, vel electiões eorũ quæ ſaluæ ſint precedere cõſueuerint reſeruatiõe prædicta non ob ſtante quam & decretum in ea contentu quod ad eos locũ habere noluit libere diſponẽdi facultatem conceſſit. Ac etiam voluit ꝙ dicti Epiſcopi, Archiepĩ; & Patriarchæ de collatione & ꝓuiſione ſeu alia diſpoſitione beneficiorũ in reliquis menſibus videlicet Ianuarii, Martii, Maii, Iuliis, Septembris, & Nouembris pro tem pore vacantium, quæ extunc ꝓut ex ea die, & e cõtra diſpoſitioni ſuæ, ut præfertur, reſeruauit, ſe nõ intromittant, & ſi quõlibet ſe intromiſerint collationes, & prouiſiones, ac aliȩ diſpoſitiones beneficiorũ, per eos in vim præſentis conſtitutionis pro tempore faciendæ, nullȩ & inualidæ, nulliusq; roboris vel momenti exiſtant, Decernens irritum &c.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo quinquageſimo nono, Die vero Iouis, vndecima mēſis Ianuarii. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi D. N. Papæ Anno Primo.

Ant. Lumellinus Cuſtos.

Placet publicetur & Deſcribatur. I

Romæ apud Antonium Bladum Impreſſ. Camer.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NOVAE REGVLAE Cancellariȩ Apoſtolicȩ.

PER SANCTISSIMVM D. N. D. PIVM diuina prouidentia Papā IIII. ſuper gratiis expectatiuis per ipſum dandis æditæ.

Cum prorogatione expeditionis literarum quoad conceſſa per fe. re. Iulium Tertium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ALIA PROROGATIO EXpeditionis Literarum quo ad conceſſa per fe.re.Iulium Papam Tertium,

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater,& Dominus noſter Dñs Pius diuina prouidentia Papa Quartus, qui in craſtino ſuæ aſſumptionis ad ſummi apoſtolatus apicem, per certam voluerat, quòd conceſſa per fe.re. Marcellum II.& Paulum Quartum, Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, & de eorum mandato expedirentur in forma Rationi congruit, ſub die Coronationis ſuæ, vt moris eſt,& idem quoad conceſſa per pię memo. Iulium iii. etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die Coronationis incipiendos obſeruari voluerat, & deinde per aliam Conſtitutiones ſuas in Cancellaria apoſtolica ſucceſſiue publicatas, dictos ſex menſes, ad alios ſex menſes extunc proximè futuros prorogauerat. Volens eorum, qui literas ſuper conceſſis per eundem Iulium prædeceſſorem nondum expediuerunt cõmoditati pariter, & indemnitati per amplius conſulere, vltimo dictos ſex menſes ad alios ſex menſes, à fine vltimo dictorum

ſex menſium huiuſmodi computando, abſquè ſpe alterius prorogationis, prorogauit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria apoſtolica anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo, die verò veneris xx. menſis Decemb. Pontificatus præfati Sanctisſimi Domini Noſtri Papæ Anno primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Anctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus, qui varias, & longas, an & qualiter ab eo gratię expectatiuæ concederentur, conſultationes habuit, tandem cupiens, ſuorum prędeceſſorum inhærendo veſtigiis, pauperibus, & aliis clericis ſæcularibus, & regularibus perſonis in huiuſmodi gratiarum conceſſionibus ſe liberalem exhibere, Gratias huiuſmodi concedere diſpoſuit, formis contentis in Regulis, & Conſtitutionibus infraſcriptis, quas, durantibus gratiis ipſis, obſeruari voluit.

De expeditione literarum pro pauperibus.

In primis voluit idem S. D. noſter quòd pro pauperibus Clericis beneficiandis dentur vſquè annum, & non vltra literæ in ea forma, ſecundũ quam pro eis tempore fe. re. Martini Papæ V. ſcribi conſueuit videlicet ad vnum Collatorem ſaluo ꝙ ſi ad collationem Decani, & Capituli, vel Abbati, & conuentus, aut Abbatiſſę, & conuentus impetrauerint detur clauſula communiter, vel diuiſim vbi antiquitus duntaxat dabatur cõmuniter, Et ſi ipſi iuxta eorum ſufficientiam locentur per tria bene, aut per duo bene, & vnum competenter, vel duo bene, & vnum debiliter, aut duo competenter in lectura, & conſtructione, & vnum male in cantu per totam vero Hi-

ſpaniam, & Guaſconiam habentibus bene legit competenter conſtruit, nihil cantat, vel habentibus ad minus tria competenter detur. Ad beneficium cum cura, ſed habentibus duo competenter etiam ſi unum ſit in cantu detur ad beneficium ſine cura.

Priuilegium Pauperum.

Item idem D. N. cupiens pauperibus clericis prouideri voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod omnes, & ſinguli qui ſuas in forma ſecūdum quam pro pauperibus clericis beneficiandis ſcribi conſueuit de beneficiis eccleſiaſticis uacantibus, uel uacaturis literas obtinuerint, in ipſorum aſſecutione beneficiorum, quæ ſine cura, & non canonicatus, & præbendæ, uel perſonatus fuerint ſingulis aliis ibidem beneficia eccleſiaſtica per literas apoſtolicas expectantibus, & tunc beneficia quorum fructus &c. ultra decem florenum auri de Camera ſe. co. ex annuatim valeant pacifice poſſidentibus, ſeu penſionem annuam ſimilis ſummæ ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis percipientibus quacunq; antelationum prærogatiua munitis omnino conferantur.

Quis poſſit acceptare in forma pauperum.

Item quòd omnes, & ſinguli obtinentes beneficia xxiiii. librarum, uel ſimiles monetæ commu

ni

ti extimatione ualoris annui, ſeu penſionem annuam ſimilis ſummæ ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiaſticis percipientes, & etiam non habentes poſſeſsionem beneficioꝝ in quibus ſe ius habere aſſerunt, vel ſuper quibus litigant cuiuſcunq; valoris annui quem non teneantur exprimere poſſint in communi forma pauperum literas impetrare, Ita quòd per aſſecutionem alterius alia dimittere teneantur, & penſio ceſſet, & expiret.

Quòd pauperes graduati poſſint habere duas literas.

Item ꝙ iidem pauperes clerici ſi graduati ſint poſſint habere duas literas in forma gratiæ ſpecialis fructuum ualore & aliis beneficiorum qualitatibus non mutatis.

Quòd pauperes poſſint locari extra ſuam prouinciam.

Item quòd ipſi pauperes extra ſuam prouinciam locari poſſint ſi ibidem per ſex annos moram traxerint, & etiam in aliis dioc. vbi ſuam perpetuam elegerint manſionem, & quòd caueatur in literis ꝙ per procuratores acceptare, & ſibi prouideri facere poſſint.

Prærogatiua Pauperum in Ro. Cu.

Item illis qui tanto tempore in Romana Cu. reſederint ꝙ ibidem de laudabili vita, & honeſta conuerſatione eorum conſtare poteſt dentur

Exequtores in curia alioquin extra curiã cũ clau
ſula, quatenus ipſi, uel duo, aut unus eorũ, &c.

Item uoluit ꝙ per fiat, ut petitur dentur duæ collationes, &c. Ei cum clauſula ſi petatur etiam ratione dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiornm quæ ibidem obtinent, & in partibus Italiæ totidem beneficia eccleſiaſtica etiam ſi alterum eorum canonicatus, & prebenda eccleſiæ cathedralis fuerit, & in aliis partibus unum duntaxat beneficium, Quoq; canonicatus, & prebenda. Cum præſtimoniis præſtimonialibus, portionibus, obligiis, additamentis, ferculis, & ſupplementis unius canonici cedẽtis, uel decedentis, quorumquidem præſtimoniorum, &c. ſi pro magiſtris, licentiatis, baccalariis formatis in Theologia, aut doctoribus, uel cum rigore examinis licentiatis in iure Canonico, uel ciuili, ſeu magnis nobilibus L X. Et ſi pro aliis gratiæ huiuſmodi fuerint xxx. librarum turoneñ. paruorum uel tantumdem in alia moneta fructus, &c. ſe. co. ex. ua. an. non excedant, & etiam canonicatus, & præbenda. Nec non dignitas, uel perſonatus, &c. Cathedralis, ſeu colligatæ eccleſiæ pro uno beneficio computentur.

Item ꝙ loco uerborum cum præſtimoniis &c. non ponantur uerba etiam præſtimonia &c.

Item ꝙ pro religioſis literæ ſuper expectatiuis gratiis non expediantur niſi particulares, & extra

tra Rotulum ſignatura deſuper ſuffragetur.

De Beneficiis quæ conceduntur
Vltramarino.

Item in partibus ultra montanis extra Daciã, Sueciam, Noruegiam, Scotiam, Angliam, & Hyberniam nullis niſi magiſtris licentiatis Baccalariis formatis in Theologia, aut doctoribus, ſeu cum rigore examinis Licentiatis in iure canonico, uel ciuili, aut in artibus qui poſt ſuorum in illis graduum ſuſceptionem per biennium rexerint, ſeu ſtuduerint, uel in medicina magiſtris, aut qui per ſex annos ſtuduerint, in altero iurium huiuſmodi baccalariis; uel apoſtolicæ ſedis officialibus, & nobilibus, ac de militari genere procreatis, ac nepotibus, & conſanguineis S. R. Eccl. Cardinalium detur per expectatiuas, ad canonicatus, & præben. Dignitates, &c. Cathedralium Eccleſiarum, uel qui deſuper, a ſanctitate ſua per reformationem, uel alias habuerint, ſignaturam ſpecialem.

De Taxis in Beneficiis.

Item Magiſtris licentiatis baccalariis formatis in Theologia, ac doctoribus in iure canonico, uel ciuilis magnis nobilibus in canonicos alicuius eccleſiæ creari, ſeu ad unam duntaxat collationem, expectatiuam gratiam ſibi concedi petentibus detur ad unum beneficium cuiuſcunque taxæ.

S

Itẽ Magiſtris, & baccalariis formatis in Theologia, ac in iure canonico, vel ciuili doctoribus, uel licentiatis, ac in medicina etiam magiſtris in artibus quoad taxationem decimæ ad medietatem reductis, ſi cum cura lxxx. & ſine cura lx. ſed in aliis reductis, ſi cum cura cxx. ſi uero ſine cura lxxx. librarum turonẽ. partiorũ ſe. tax. decimæ.

Item Baccalariis in theologia non formatis, magiſtris in artibus, ac in iure canonico, vel ciuili baccalariis, & in medicina licẽtiatis in partibus reductis ſi cum cura. c. & ſi ſine cura xl. ac in non reductis ſi cum cura. c. & ſi ſine cura lxx. librarũ turonẽ. par. ſe tax. prædictam.

Item ſecularibus non graduatis, in partibus reductis ſi cum cura xl. & ſi ſine cura xxx. ac in aliis non reductis ſi cum cura lx. & ſi ſine cura xl. librarum turoñ. par. ſe. tax. prędictam.

Itẽ regularibus graduatis, & non graduatis in partibus reductis lx, & non reductis lxxx. librarũ turonẽ par. ſe. tax. prædictam.

Itẽ in Alemania cum argẽti, necnõ in Anglia, Scotia, & Hybernia cum ſterlingorum marchis detur ſecularibus megiſtris, & baccalariis formatis in theologia, ac in iure canonico, vel ciuili doctoribus, & licentiatis, ac in medicina, etiam magiſtris ſi cum cura xxxv. & ſine cura xxv. baccalariis uero in theologia non formatis magiſtris in artrbus, ac in iure canonico vel ciuili baccalariis

&

& in medicina licentiatis ſi cum cura xxx. & ſine cura xxv. & aliis non graduatis ſi cum cura xxv. & ſi ſine cura xviii. Nec non regularibus xxx. march. ſe. tax. prædictam.

Item in Italia, & Hiſpaniarũ regnis nõ gradua tis ſi cum cura lx. & ſine cura xl. flo. auri ſe. tax. de graduatis uero quemadmodum ſupradict. eſt.

Item in forma pauperum in partibus gallica nis reductis ſi cum cura xxx. & ſine cura xxv. in non reductis uero ſi cum cura l. & ſine cura 30. in Italia autem, Hiſpania, & Aragonia, ſi cum cu ra 40, & ſine cura 25. lib. turon. par. in Alemania ſi cum cura 20. & ſine cura 15. march. argenti, in Anglia uero, Schotia, & Hybernia ſi cum cura 30. & ſine cura 20. march. ſterlingorum ſe. tax. prædictam.

De derogatione ſtatutorum eccleſiarum Cathedralium.

Item q̧ priuilegiis, ſtatutis, ſeu conſuetudini bus de optando, uel aſſequendo maiores, aut alias præbendas, uel non obtinendo per illos qui canonici cathedralium eccleſiarum aut in eis beneficiati nõ fuerint præſtimoniis præſtimo nialibus portionibus, ſeu ſimplicibus beneficiis, & non recipiendis illegitimis, & dũtaxat gradua tis nullatenus derogetur niſi ſeorſum ſufficiens ſignatura habeatur.

Doctores præferantur aliis in parrochialibus eccleſiis.

Item quòd Magiſtri, Licentiati, Baccalarii formati in Theologia, necnon Doctores, ſeu cum rigore examinis Licentiati in iure Canonico, vel Ciuili, reliquis etiam ſub pari, vel maiori dat. expectantibus in aſſecutione parrochialium eccleſiarum habentium communi quę ſecundũ formam publicam attendatur æſtimatione duo milia communicantium omnino præferantur.

Qui poſſint obtinere dignitates,

Item quòd in partibus vltramontanis dignitates licet maiores, vel principales non ſint ratione quarum eas obtinentes pro tempore Capitulis præeſſe, & ſingularum perſonarum ibidem exercere curam animarum habuerint per alios quàm Magiſtros, Licentiatos, ſeu Baccalarios formatos in Theologia, aut Doctores, ſeu licentiatos in iure Canonico, vel Ciuili, aut Medicina vel artibus, qui poſt ſuorum in eis graduum ſuſceptionem per triennium rexerint, vel ſtuduerint Magiſtros, aut apoſtolicæ ſedis officiales; vigore, ſeu prætextu literarum ſuper Expectatiuis gratiis conceſſarum acceptari non poſſint.

De non examinandis,

Item Doctores in iure canonico, vel Ciuili, & in Theologia, vel in Medicina, ac in Artibus Magiſtri, necnon in aliquo ex iure vel Theologia,

huiuſmodi licentiati, & Baccalarii non examinentur.

Hoſpitalia non comprehendantur ſub expectatiuis.

Item Hoſpitalia, Domus leproſorum, & alia pia loca, necnon laicis aſſignari ſolita, & clauſtralia officia ſub Expectatiuis gratiis minime comprehendantur,

Extra nationem ſuam nulli liceat impetrare gratiam expectatiuam.

Item nulli gratia Expectatiua extra ſuam nationem concedatur, niſi idioma quod communiter homines loquuntur ibidem intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat, alioquin gratia huiuſmodi ſit nulla.

Nullus valeat acceptare, literis non expeditis.

Item nullus vigore gratiæ Expectatiuę, ſeu ſpecialis reſeruationis, ſeu reualidationis, vel extenſionis, eius literis deſuper non confectis aliquod beneficium acceptare vel aſſequi valeat, aliàs acceptatio, & aſſecutio huiuſmodi nullius ſint roboris vel momenti.

De non habendo duas expectatiuas.

Item voluit ſtatuit, & ordinauit ꝙ nullus duabus gratiis expectatiuis, ſeu ſpecialibus reſeruationibus, aut Expectatiua, & ſpeciali reſeruatione ſimul, etiam ſi ambæ, vel altera earum motu

proprio,ſeu aliàs quomodolibet conceſſæ fue-
rint, niſi vna illarum tempore dat. conceſsionis
alterius conſumpta extiterit vti poſsit,ſed ſi tales
duæ gratiæ altera non conſumpta ſibi conceſſæ
fuerint, & expeditis ſuper vtraq; illarum literis
apoſtolicis in expeditione literarum quas poſtre
mo expediri fecerit; mentio de prima facta non
fuerit,vel non elegerit, ſeu mentem ſuam ſuper
hoc qua gratiarum hmõi vti voluerint in Præſi-
dentia Cācellariæ apoſtolicę, etiam coram ipſius
Cancellariæ notario non declarauerit,effectu ca
reat vtriuſq; gratiarum earundem.

De beneficiis ſeruitoriis non acceptandis.

Item quòd nullus vigore cuiuſcunq; gratię ex
pectatiuæ per ipſum dominum noſtrum ſi de Ca
nonicatu cum reſeruatione præbendę,aut digni
tatis,Perſonatus,adminiſtratiōis, vel Officii, nec
non Præſtimoniorum, Præſtimonialium portio
num,& ſimplicium beneficiorum ſub quacunq;
verborum forma concedendæ aliquod ſeruito-
rium beneficium acceptare,vel de illo ſibi proui
deri facere poſsit,decernens irritum,&c.

De beneficiis reſeruatis.

Item ſtatuit,& ordinauit,q nullus vigore cu-
iuſuis gratiæ Expectatiuæ quodcunq; beneficiū
eccleſiaſticum apoſtolicæ diſpoſitioni generali-
ter reſeruatum,vel ex generali apoſtolica reſer-
uatione affectum, etiam ſi aliàs ſub huiuſmodi

gratia comprehendi videretur acceptare, & de illo ſibi prouideri facere poſſit, ſeu debeat. Decernens irritum, & inane quicquid ſecus contigerit attemptare.

De inſinuatione, & publicatione.

Item voluit, & ordinauit quòd quicunq; vigore gratiarum Expectatiuarum acceptauerit quæcunq; beneficia ſecularia, vel regularia cum cura, vel ſine cura, etiam ſi Canonicatus, & præbendę, ac dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, vel officia fuerint, teneantur, & debeant infra vnius menſis ſpatium, à tempore huiuſmodi acceptationi, computandum, de huiuſmodi beneficiis per eos, vt præfertur, acceptatis, ſibi per ſuos exequutores, vel ſubexecutores facere prouideri, alioquin lapſo dicto menſe, huiuſmodi acceptationes per eo factæ, ac quæcunq; indę ſecuta, quoad numerum, & qualitatem beneficiorũ, quę acceptationes concernerent, vel concernere poſſent eo ipſo ſint caſſa, & irrita, nulliuſq; roboris, vel momenti. & ꝙ infra tres menſes à die prouiſionis huiuſmodi extunc immediate ſequentes teneantur huiuſmodi acceptationes in loco beneficii huiuſmodi publicare aliàs gratia, acceptatio, & prouiſio huiuſmodi ſint nullæ, necnon à tempore publicationis earundem acceptationes, prouiſiones, & publicationes huiuſmodi ipſorum poſſeſſoribus beneficiorũ, ſi qui

fuerint, a die quo intruſi exiterint infra annum intimari facere, vel ſuper iure (ſi quod eis in dictis beneficiis competere putauerint) iudicialiter experiri debeant, & teneantur. Alioquin ſi poſtmodum ipſis in dictis beneficiis ius competiiſſe conſtiterit, gratiæ, quoad numerum, & qualitatem beneficiorum huiuſmodi, necnon acceptationes, & prouiſiones prædictæ nullius ſint roboris, vel momenti, præſentes tamen in Romana Cu. publicationes huiuſmodi in audientia Contradictarum per Auditorem eiuſdem, vel tempore vacation͂. & quotiens huiuſmodi Audientia non tenetur in Cācellaria apoſtolica coram inibi Præſidentibus per illius notarium fieri facere poſſint. Cui quidem notario pro tempore rogato vt prothocollum duo bolendini, & inſtrumētum deſuper conficiat quatuor groſſi Turoneñ. ſoluantur, de quibus merito contentetur, nec aliquid vltra ſub pæna perditionis emolumentorum officii ſeu notariatus Cameræ apoſtolicæ applicandorum, per tres menſes quotiens ſecus fecerit petere aut recipere præſumant. Ac decreuit idem dominus noſter ſi dictos acceptantes in habendis prouiſionibus, ac faciendis publicationibus huiuſmodi deficere, vel negligentes eſſe contigerit, ꝙ locorum ordinarii ad quod id alias pertinuerit, de dictis beneficiis poſt prædictos mēſe diſponere poſſint ac ſi gratiæ prædictæ etiam

cum

cum decretis irritãtibus nullatenus emanaſſent.
De menſibus ordinariorum.
Item vt Prælati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ad quos dignitatum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum collatio, prouiſio, præſentatio electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet ab eodem Dño noſtro gr̃as, & fauores reportaſſe dinoſcantur. Ipſe Dñs nr̃ prælatis, & perſonis prædictis, & de quibuſuis dignitatibus perſonatibus adminiſtrationibus, & officiis canonicatibus, & præbendis, necnon quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus ad eorum collationem, puiſioné, præſentationem, electioné, ſeu quamuis aliã diſpoſitioné pertinentibus quę infra quinquenniũ a Kal. Februarii pontificatus ſui anno ſecundo cõputandum in Martii Iunii, Septembris, & Decembris, & quo ad Epõs, Archiepiſcopos, & Patriarchas apud eorũ eccleſias, ſeu in illarum dioc. reſidentes in alternatis duntaxat videlicet Februarii, aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris, & Decembris menſibus iuxta conſtitutionem ſuã deſuper editã vacare contigerit dummodo diſpoſitionem apoſtolicæ generaliter reſeruata, ſeu ex generali reſeruatione affecta non fuerint, perinde, ac ſi a ſede apoſtolica, vel legatis eius gratiæ expectatiuæ, aut ſuper illis reſeruationes non emanarent ordinaria auctoritate li-

bere diſponere poſſint conceſſit, & decreuit irri-
tum, & inane &c.

De pluribus in eadẽ eccleſia expectantibus.

Item idẽ D. N. prædeceſſorum ſuorum ſimili-
ter veſtigiis inhærendo voluit, ſtatuit, & ordina-
uit, ꝙ vbi plures, ad eandem eccleſiã, vel collatio-
nẽ, &c. ſub eadem vel diuerſis dat. expectantes
fuerint, et hñtes inibi de maiori, vel æquali dat.
grãs minus tñ prerogatiuas ſub illis alias cõpre-
henſa beneficia iuxta formã literarũ deſuper cõ-
fectarum acceptare, & de illis ſibi prouideri face-
re valeant, & ſi ex ipſis ſic acceptantibus qui in
aſſequutione, quomolt potiores erant in fa-
ciendis publicationibus intimationibus, ſeu aliis
requiſitis diligentiis defecerint reliquorum qui
huiuſmodi diligentias fecerint acceptationes, &
prouiſiones ſuum ſortiantur effectum perinde,
ac ſi deficientes in faciendis diligentiis hmõi qui
potiores erant illa minime acceptaſſent, nec cen-
ſeantur beneficia hmõi ſic acceptata ex perſonis
eorundẽ acceptantiũ & ſuos acceptationes non
publicantium, vel non intimantium poſſeſſori-
bus eorundem, ſeu alias diligentias non facien-
tium vt tenebantur quouiſmodo vacare.

De Motu proprio.

Item idem D. N. ſuadentibus certis rationabi-
libus cauſis voluit, ſtatuit, & ordinauit ꝙ in expe-
ctatiuis

ſtatiuis gratiis illarumq; extenſionibus reualidationibus,& collationũ mutationibus per ipſum de cetero concedendis, ac deſuper conficiendis literis verba proprii motus quoad beneficia in antea vacatura nulli cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus gradus, ordinis,& conditionis fuerit quomodolibet ſuffragentur niſi ſolum & duntaxat ad tollendum & excludendum ſurreptionem literarũ earundem.

Reuocatio expectatiuarum mandatorum reſeruationum,& indultorum.

Item idẽ D.N. intendens hmõi grãs expectatiuas sm̃ conſtitutionem, & regulas ſupraſcriptas in Kal. Februarii proxime futuri concedere vt ipſi expectantes ex ipſorum gratiis expectatiuis fructus reportare poſſint, & ne prætextu aliarũ gratiarum tã per Sanctitatem ſuã q̃ alias quolibet conceſſarum impediantur ex hiis, & certis aliis rationabilibus cauſis certas alias conſtitut. ſiue regulas reuocationes ſpecialium reſeruationum, & conferendi facultatũ per Sanctitatẽ ſuã editas,& in Cancellaria apoſtolica diuerſis temporibus publicatas,& innouando omnia,& ſingula expectatiuas, & alias gratias citra acceſſus; ac de conſenſu coadiutorias ad vacatura beneficia earumq; mutationes,& extenſiones, & reualidationes collationũ et ſi qui per eas in canonicos ſub expectatione præbendæ vel portionis

creati, vel recepti fuiſſent, ac prętérq̃ ſup quibus per cancellariã apoſtolicã lr̃æ in forma ſolita expediri conſueuerunt ſpeciales reſeruationes nec non mandatã de prouidendo, ſeu commendando vel aliàs diſponendo (non tñ in forma capituli mandatũ in Francia) in fauoré quorũcunq; & quibuſcunq; ẽt S.R.E. Cardinalibus ac collegiis ẽt de conſenſu ordinariorum collatorũ; & aliàs qmõlt. Necnon nominandi, reſeruandi, & conferendi, ac alia quæcunq; facultates, & indulta Cardinalibus, & aliis quibuſuis pſonis de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis certarũ Ciuitatũ, & dioc. in quibus ipſi non erant nec vnq̃ fuerint veri ordinarii collatores; ſed de ipſorum ordinariorum cõſenſu, aut ẽt ſine eorũ conſenſu, ſeu ſede epali vel Archiepali vacante diſponendi, aut Vicarios perpetuos, ſeu tpales qui ẽt eiſdem Cardinalib. hmõi beneficia conferrent, ſeu commendarent deputandi, ẽt ſi ipſi Vicarii per quoſcunq; Rom. Pontifices prædeceſſores ſuos, vel ẽt per S. ſuam deputati fuiſſent ẽt perinde, ac ſi veri, & non ficti inibi ordinarii collatores eſſent ẽt cum decreto q̃ diſponens de eiſdẽ beneficiis abſq; ipſorum Cardinalium, vel perſonarũm conſenſu pro tpe factæ nullius eſſent roboris, vel momenti, Nec non eiſdem Cardinalibus, tam ordinariis, q̃ non ordinariis cõferendi beneficia eccleſiaſtica, quo ad beneficia ad inferiorũ collatorum collationẽ

prouiſionem præſentationẽ,electionẽ,ſeu quamuis aliam diſpoſitionẽ de iure,vel conſuetudine, & aliàs qmõlt ſpectantia duntaxat ẽt ſi illis de eorundẽ inferiorũ conſenſu conceſſa fuiſſent,ac ẽt quibuſuis apoſtolicæ ſedis legatis de latere ẽt ſi dictæ Ro.Eccl.Card.fuerint,& nuncii cum poteſtate legati de latere,nec non fructuum,& prouentuum Cameræ apoſtolicæ debitorum collectoribus in quibuſuis regnis,prouinciis, & dominiis, tam citra q̃ vltra montes deputatis,ac quibuſuis Patriarchis,Archiepis, Epiſcopis,Prælatis,& perſonis ẽt ordinariam colletionẽ,ſeu aliã diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorũ de iure,vel cõſuetudine hñtibus diſponendi qmõlt de beneficiis eccleſiaſticis ẽt diſpoñi apoſtolicæ gñalr̃ reſeruatis,ſeu affectis,necnon alternatiuas preterquã per aliàs dictæ Cancellariæ regulas conceſſas, & indulta quæcunq; aliis perſonis prædictis non tñ in fauore nationu ſuper conferendis per eos etiã quoad vixerint beneficiis eccleſiaſticis ; ad eorũ collationem prouiſionem præſentationem,electionem ſeu quãuis aliam diſpoñem coiter vel diuiſim pertinentibus in ſex alternatis aut aliis anni menſibus vacaturis,tam per prædeceſſores prædictos q̃ per eandem Sanctitatẽ ſuam,& dictę ſedis legatos ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis,ac cũ quibuſnis declarationib. atteſtationib. & reuocationibus præſeruatiuis aliiſq; efficacio

ribus,& inſolitis clauſulis, necnō irritantibus, & aliis efficacioribus ēt vim cōtractus inducentibus decretis ēt Motu ꝓprio,& ex certa ſcientia, & ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex quibuſuis ēt vrgentisſimis cauſis,ac quauis conſideratione hactenus concesſis,& conceſſa quorum omnium tenores,& formas;ac decreta in illis appoſita Sanct.ſua haberi voluit pro expresſis quo ad ea in quibus nondū erant ſortita effectum ex die publicationis præſentium conſtitutionē proút ex Kal. Februarii proxime futuri ſ & ē contra reuocauit,caſſauit,& ānullauit,ac quicquid prætextu grarum reſeruationum, mandatorum facultatum,indultorum, & alternatiuarum reuocatorum hmōi poſt Kal.prædictas contigerit attentari irritū,& inane decreuit ſtatuto,ordinatione,decreto, & declaratione ſuis in craſtinum aſſumptionis, ſeu editis quibus voluit Cardinales in conſtitutionibus per eū impoſterum edendis, & publicandis non cōprehendi niſi illæ eorum fauorē concernerent, vel ipſæ conſtitutiones de eorundē Cardinalium vel maioris partis eorum conſilio ęditæ forent nequaq̄ obſtantibus.

De prælationibus,ſiue prærogatiuis in gratiis expectatiuis.

Item idem D.N.intendens ꝙ prelationes,ſiue prerogatiuę in eccleſiaſticis beneficiis vigore gratiarum expectatiuarum aſſequendis (iuxta perſonarum

ſonarum conditiones,& merita) moderentur ſtatuit, decreuit, & ordinauit q inter habentes gratias expectatiuas hmōi Nobiles de Ducum, Marchionum, & Comitum gñe qui reputantur illuſtres, & officiales apoſtolicæ ſedis infraſcripti vʒ. Referendarii, Prothonotarii participantes, literarum apoſtolicarum corrector eiuſdem ſedis ſubdia coni numerari cauſarum Palatii apoſt. auditores Cameræ apoſt. clerici ſimilr̄ numerarii, & participantes curiæ cauſarum dictæ Cameræ. Abbreuiatores de maiori præſidentia ſua officia actu exercentes Scriptores apoſt. omnibus aliis qualitercunqʒ qualificatis in aſſecutione quorūcūqʒ beneficiorum quæ hmōi gratiarum vigore expectabunt quacunqʒ diligentia receptione, vel creatione in canonicos non obſtante potiores exiſtant, Alii vero nobiles ex inferiori nobiliū gñe magiſtri in theologia doctores in vtroqʒ, vel altero iurium qui fuerint graduati in aliqua vniuerſitate ſtudii generalis, Necnon familiares ſuæ Sanct. non deſcripti qui erant veri familiares continui commenſales temporæ ſuæ aſſumptionis ad ſummi apoſtolatus apicem omnibus aliis etc creatis, vel receptis in canonicos, aut diligentioribus in proceſſu ſimiliter præferantur cęteri autem magiſtri, & baccalarii formati in theologia doctores cum rigore examinis licentiati in altero iurium, Necnō in medicina, & in artibus ma-

giſtri qui poſt ſuſceptū gradum aliquibus annis legerint, & in Hiſpaniis in altero iuriuin baccalarii qui in ſimili ſtudio ſex annis ſtuduerint, necnō alii familiares continui commenſales ſuæ Sanct. non deſcripti qui ad familiaritatem poſt aſſumptionem huiuſmodi venerūt, & venient ac duodecim familiares ſingulorum S. R. E. Card. per eos nominandi, & in libris Cancellariæ apoſt. deſcribendi pariformiter omnibus aliis præferantur inter ſe aūt ſi coucurrant ipſi graduati, & familiares vltimo loco ſcripti ius cōe ſeruari voluit, & ſi omnes, & ſinguli graduati ſupraſcripti inter ſe concurrant (ſeruato tñ ordine ſupraſcripto) magis graduati minus graduatis, & inter ſe æqualiter graduatos prius graduati, & ſimiliter inter omnes, & ſingulos ſuprºos alios in qualibet ſui parte eos reſpectiue concernente inter ſe cōcernentes magis qualificati minus qualificatis pariformiter præferantur ipſi tñ familiares S. Sanct. ſupatis duodecim familiaribus Cardinalium cæteris paribus præſentes in dicta Curia qui eā per ſex menſés ante vacationē beneficiorum ſequuti fuerint ſi tñ ad minus in artibus magiſtri, vel in aliqua facultate baccalarii, vel de nobili genere procreati extiterint, abſentibus ab eadem, & qualitercunq; graduatis extra vniuerſitates locorum in quibus etiam ſtudium vigeat gñale, & inter præſentes ſimul inter ſe concurrentes vel abſen-

tes

tes inter ſe non beneficiati, beneficia quomodo libet obtinentibus pariformiter præferantur, ſaluis prærogatiuis, & antelationibus certis ſuis familiaribus continuis commenſalibus antiquis, & deſcriptis per eundem S. D. N. alias conceſsis, Quibus per hanc conſtitutionem noluit in aliquo derogari.

De mutation. collationũ expectatiuarum &c.

Item idem D. N. attendens in mutationibus collationũ priores collationes quæ mutantur de conſenſu eorum quibus gratię ipſæ cõceſſæ ſint prius caſſari, & annullari conſueuiſſe, ac volens fraudibus obuiare. Voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ expectantes apoſtolici teneantur in ſupplicationibus, mutationum, collationum, gratiarum expectatiuarum eis per Sanct. ſuam concedendarum et motu proprio ꝓ tempore ſignatis exprimere ſpecifice, & nominatim collatiões ad quas mutationes fient ac caſſationi, & annullationi, priorum collationum quæ mutabuntur in Cancellaria, vel Camera apoſtolicis coram illius notario expreſſe conſentire, & conſenſum ipſum infra triduum à die pręſtationis eiuſdem computandum in libro Cancellariæ, ſeu Cameræ prædictæ annotari facere. Nec dictæ mutationes collationum alicui ante hmõi conſenſus præſtationẽ & annotationem ſuffragari debeant, neq; literæ ſuper eiſdem mutationibus Collationum vigo-

re ſupplicationũ, in quibus Collationes, ad quas mutationes fient non erunt ſpecifice & nominatim expreſſæ, aut ſine annotatione detur conſenſus à tergo ipſarum literarum per dictum notarium facienda, etiam per Cameram expediri poſſint, & ꝙ idem ſeruetur in extenſionibus, & reualidationibus Expectatiuarum quoad expreſſionem Collationum ad quas ipſæ extenſiones, vel reualidationes fient in ſupplicationibus earundem extenſionum, & reualidationum faciendã, Quodq; prætextu acceptationum, & prouiſionum generaliũ ſpecialia inſtrumenta ſuper particularibus beneficiis tũc vacantibus niſi acceptãtes ipſi ſic factas gñales acceptationes, & prouiſiones per ſe ipſos ad particularia beneficia tunc vacantia ſpecificauerint, & mentem ſuam ſuper hoc declarauerint per notarios inde rogatos cõfici nequeant, nec ex gñali acceptatione per quẽcunq; poſtea defunctum & prouiſione ſibi dum viueret in gñe factis ad ſpeciem, & particulare beneficium quouis prætextu deueniri poſſint, ſed argumenta per quę de mente defuncti conſtare poſſit in iudicio deduci debeant. Decernẽs irritum, & inane ſi ſecus ſuper hiis à quoq; quauis anctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

De executione proceſſuum gratiarum expectatiuarum.

Item præfatus D. N. ad obuiandum fraudib. quę olim in concurſu proſequeñ. expeditionem literarum gratiarum Expectatiuarũ circa decre tum proceſſuum ſuper illis cõmitti conſueuerãt & vt literæ gratiarum earundem debitè expeditæ appareant, voluit ꝙ in prima expeditione literarum hmõi executores in illis deputati, qui tũc erunt in palatio apoſtolico ad decernendũ proceſſus ſuper illis parati poſſint hmõi proceſſus decernere, facta ſolum verbali literarum earundem præſentatione, & ꝙ tam ſuper illis, quarum executores ibidem tunc erunt, ꝙ̃ ſuper aliis literis in prima expeditione hmõi tunc expeditis R. pater D. Ludouicus Eps Piſauteñ. Sanct. ſuæ Datarius poſſit proceſſus literarum primę expeditionis hmõi perinde ac ſi in ſingulis literis prædictis executor deputatus fuiſſet ſimiliter abſqꝫ earundem literarum actuali pręſentatione decernere, ita tñ ꝙ ii, quos proceſſus ipſi concernunt, debeant decreto proceſſuum hmõi per ſe, vel procuratores ſuos ad hoc ſpecialiter conſtitutos interesſe, & de eodem decreto aliquem ex ſcriptoribus Archiuii Ro. Cu. & teſtes ibidem præſentes rogare, & nullus ex eiſdem ſcriptoribus (niſi decreto proceſſuum hmõi interfuerit, & ſic rogatus extiterit) eoſdem proceſſus ſub pœna falſi ſubſcribere præſumat. Et ne pp non actualẽ pñtationem literarum prędictarum de viribus

proceſſuum hmôi hæſitari contingat in poſterũ neue aliqui vt alios ſupplantent, ea die in decreto proceſſuum procurent alios præuenire, & an teriori dat. decretum ipſum obtinere, & in eiſdẽ proceſſibus horam annotari facere, ac præter voluntatem ſuæ Sanct. commodum reportent, voluit, ſtatuit, & ordinauit proceſſus per ipſum Lud. Epum, & Datarium, ac alios executores prædictos in dicta prima expeditione decernendo eiſdem hora, & momento cenſeri debere eẽ decretos, quanq̃ ex tenore eorum, vel alias appareret aliquos ex eis anteriori hora, vel momẽto quàm alios decretos; & expeditos fuiſſe, ac dictos proceſſus valere, ac eundem effectum ſortiri debere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dictus Lud. Eps, & Datarius vnus ex executoribus dictarum literarũ, & in eis deputatis fuiſſet. Et ꝙ proceſſus ſic decernendi eo prætextu ꝙ literæ ipſæ Lud. Epo, & Datario, ac executorib. prædictis, vel alicui eorum per illos quos concernũt actualiter præſentatæ non fuerint nullatenus infringi, aut impugnari poſſint, ſed perinde ſortiãtur effectum ac ſi literæ ipſæ per eos ſingulariter & actualiter præſentatæ eſſent ipſiq; proceſſus, præcedente earundem literarum actuali p̃ntatione, & illarum forma ſeruata decernerentur. Quòdq; executores quicunq; in dictis literis nominati et qui tempore dicti decreti abſentes erũt

proceſſu

proceſſus in forma debita, & conſueta dummodo proceſſus ipſi per aliquem ex dictis ſcriptoribus, qui ibidem præſens, & vt præfertur, rogatus ſit ſubſcripti, & teſtium ibidem ſimiliter præſentium, & vt præfertur rogatorũ, ac ſigilli dicti Archiuii, munimine roborati fuerint ſub eorũ proprii nominibus, ac ſi ipſum, & perſonaliter proceſſus ipſos decreuiſſent partibus petentibus dare, & concedere poſſint. Decernens probationẽ anterioris horę, vel momenti nulli ſuffragari poſſe, vel debere, ac proceſſibus pro illis perſonis, quorum nomina non fuerint in rotulo S. Sanct. deſcripta decernendis nullam fidem adhibendã fore nisi vltra ſubſcriptionem ſcriptoris, & appẽſionem ſigilli Archiuii hmõi per dictum Ludouicum Epm, & Datarium in eorum calce per hæc verba v3. Lud. Eps Piſaureñ. Datarius ſubſcripti fuerint, & iuxta hmõi ſtatutum, ordinationem, & voluntatem ſuæ Sanct. per quoſcunq; Auditores, & Iudices et S. R. E. Card. in quacunq; cauſa, & quauis illius inſtantia ſententiari, & diffiniri, & iudicari debere. Sublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Moderatio indultorum quoad expectantes.

Item idem Sanctus. D. ad hoc vt pauperes, & alii

alii clerici gratias expectatiuas eis per Sanctitatē ſuam pro tempore conceſſas proſequentes ex gratiis huiuſmodi fructū reportare poſſint, omnia & ſingula indulta S.R.E.Card.per quæ eis tā per Sanct.ſuam quàm alios Romanos Pont. ſuę Sanctit. prædeceſſores conceſſum fuerat, vt ipſi Card, de Eccleſiis,Monoſteriis,dignitatib. perſonatibus,adminiſtrationib. officiis, Canonicatib. & præbendis,ac aliis beneficiis eccleſiaſticis cū cura,& ſine cura ſæcularibus,& ordinum quorumcunq; regularibus ad eorum prouiſionem,collationem,præſentationem, electionem,inſtitutionem,ſeu quamuis aliam diſpoſitionem communiter,vel diuiſim ratione eccleſiarū, quibus præerant,& titulorum ſuorum Cardinalatus,ac Monaſteriorum,prioratuum,& aliorum beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum ſęcularium, & regularium quę in titulum,vel commendam, ſeu adminiſtrationem, aut etiam vt aliis vnita obtinebant & in poſterum obtinerent communiter, vel diuiſim pertinentibus extra Ro,Cu.pro tempore vacaturis per ſe, vel alios libere diſponere poſſent,perinde ac ſi gratiæ Expectatiuæ,aut ſpeciales,vel generales reſeruationes, & aliæ conceſſiones a S. ſua,& Sede apoſt.nō emanaſſent, ſeu in poſterum non emanarent, & ſi illa in dicta Curia vacarent in expeditione literarum ſuæ Sanct. ſuper prouiſione dictorum beneficiorum, vel

mandatis de prouidendo, ſeu aliis diſpoſitionib. eorundem Card. tam præſentium, q̃ de licentia ſuę Sanct. abſent. tũ a dicta Cu. expreſſus accederet aſſenſus, alioquin prouiſiones, & mandata, ac aliæ diſpoſitiones huiõi valerent modificãdo voluit, ſtatuit, decreuit, & ordinauit, q̃ dicta indulta debeant obſtare dictis expectantibus ſolũ quoad beneficia, de qbus ipſi Cardinales diſponere poſſunt pro tempore ratione eccleſiarum, quas ſex Epi Cardinales, ac presbyteri ratione tituli, ac Diaconi ratione Diaconiæ ſui Cardinalatus, de quibus intitulantur & intitulabantur pro tempore, ac Cardinales in Ro. Cu. præſentes et ratione vnius eccleſiæ Patriarchalis Metropolitan. vel alterius Cathedralis, cui ipſi Cardinales ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica vt Epiſcopi, vel adminiſtratores, ſeu Commendatarii præſunt, vel pro tempore præfuerint etiam nomine tantum reſeruata ſibi libera adminiſtratione, ac beneficiorum collatione, & diſpoſitione, ac etiam vnius Monaſterii duntaxat, quod in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, aut etiam vt vnitum obtinet, etiam ſi illius poſſeſſione non haberent, ſeu obtinebunt. quo vero ad illos Cardinales præſentes, qui pluribus aliis eccleſiis, & mon aſteriis præſunt, & in futurũ preerunt ratione illius eccleſiæ & monaſterii q̃, & quod ipſi Cardinales de præſenti plures eccle

ſias

ſias,& plura monaſteria obtinentes præſentes in Romana Curia infra menſem a die publicatio nis huiuſmodi conſtitutionis ſuæ, & quoad illos quos plures eccleſias, & plura monaſteria obtinere in poſterum continget infra menſem a die eorundem adeptæ poſſeſſionis computandum elegerint, & hmõi eorum electionem per eorũ cedulam manu eorum ſubſcriptam, & ipſorum ſigillo munitã,& in libro Cancellariæ prædictæ per illius Seneſcallum vel Cuſtodem deſcribendam nunc,& pro tempore exiſtenti S. R. E. Vicecancellario vel eius in dicta Cancellaria Locumtenẽti,ſeu Regenti tranſmiſerint, & ſi non eligerint, & electionem hmõi non tranſmiſerint, vt præfertur collatione beneficiorum ratione omnium eccleſiarum,& monaſteriorum careant, in reliquis autem in quibus dicti expectantes impedirentur, vel impediri poſſent per huiuſmodi indulta eorundem Cardinalium quominus beneficia eccleſiaſtica ſub eorum gratiis Expectatiuis eis pro tempore cõceſsis compreheſa acceptare,& de eis ſibi prouideri facere poſsint indulta prædicta præfatis Cardinalibus etiam cum Motus proprii certe ſcientiæ ac plenitudinis poteſtatis,& quibuſuis aliis clauſulis efficacioribus conceſſa reuocauit,caſſauit, & annullauit, illis alias quoad reliqua in eiſdem indultis contenta in ſuo robore permanſuris,ac irritum inane decre-

uit

uit quicquid illorum pretextu poſt dictum menſem, vt præfertur, computandũ ſcienter, vel ignoranter contigerit attentati.

Moderatio indultorum Card. ad ſex menſes.

Item voluit, ſtatuit, & ordinauit ꝙ S.R.E. Cardinales a Rom. Cu. abſentes gratiis Expectatiuis per eandem Sanct. ſuam conceſſis, & concedendis durantibus duntaxat habeant ſex anni alternatos menſes v3. Februarium, Aprilem, Iunium, Auguſtum, Octobrem, & Decembrem, in quib. eorum indultis, & conceſſionibus in preiudiciũ expectantium apoſtolicorũ quomodolibet vti, frui, & gaudere poſſint, & quod in aliis ſex eiuſdem anni alternatis v3. Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris, & Nouembris menſibus eorum indulta, & conceſſiones hmõi nullatenus in ipſorum expectantium præiudicium ſuffragentur, aut ſuffragari poſſint illa, & illas cum omnibus in eis contentis clauſulis, & decretis ẽt irritantib. eorumq3, & earum effectum quoad hoc ſuſpendendo, & ꝙ eiſdem Card. a dicta Cu. abſentibus pro tempore conceſſum indultum præſentialitatis, & quoad effectum vtẽdi, & fruendi dictis eorum indultis, & conceſſionibus pro præſentibus in ipſa Curia habeantur nullatenus eis ſuffragentur, aut ſuffragari poſſint eorum abſentia durante. Quodq3 q̃ primum Cardinales abſentes hmõi in Cu. conſtituti fuerint, infra octo dies extunc

proxime ſequentes prout dicti Card. in dicta Cu. tunc præſentes ex forma ſupradictæ conſtitutionis teneantur electionem in eadem conſtitutione expreſſam, & ipſius electionis cedulam tranſmittere teneantur modo, & forma in illis expreſſis, alioquin ex tunc hmõi indulta, & conceſſiones reuocationi, caſſationi, & ãnullationi in ipſa conſtitutione expreſſis ſubiacerent eo ipſo. Decernens irritum, & inane, &c.

Quod nullæ aliæ prerogatiuæ ſuffragentur, niſi tantum conceſſæ expectantibus.

Item ſtatuit, voluit, & ordinauit, q nulli expectanti apoſtolico vigore cuiuſuis gratiæ Expectatiuæ ſibi per Sanct. ſuam pro tempore conceſſæ in aſſecutione beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ vigore cõceſſæ ſibi pro tempore gratiæ Expectatiuæ hmõi duxerit acceptanda, & de quib. ſibi prouideri, ſeu commendam fieri obtinuerit & ſuper quibus iuxta prædictas conſtitutiones alias diligentias ſuas fecerit aliqua priuilegia, ſeu antelationñ. prerogatiuæ et contemplatione collegii, ſeu collegiorum de quorum numero extat per Sanct. ſuam & Ro. Pont. prædeceſſores ſuos conceſſa quomodolibet ſuffragentur, præterq̃ priuilegia, ſeu antelationes, prærogatiuæ expectantibus apoſtolicis per dictam ſuam deſuper, vt præfertur, editam conſtitutionem ex ipſius cõſtitutionis diſpoſitione conceſſa, donec, & quouſq;

uſq; ſua Sanct. expediuerit, & in eadem Cancellaria publicari fecerit literas apoſtolicas ſuper priuilegiis, & antelationibus prerogatiuis in dicta aſſecutione beneficiorum familiaribus continuis cōmenſalibus ſuis antiquis in eisdem literis deſcribendis conficiendas, nec aliquis expectans vigore alicuius priuilegii ſibi etiam ſimili contemplatione cōceſſi beneficium generaliter reſeruatū, aut ex generali apoſtolica reſeruatione affectū, etiam ſi aliàs ſub Expectatiua ſibi conceſſa, & vigore priuilegii officialibus ſuę Sanct. conceſſa cōprehendi videretur aut deberet acceptare, & de illis ſibi puideri facere poſſit, ſicq; per quoſcunq; Iudices iudicari debere. Ac irritum, &c. decreuit.

Placet publícetur, & deſcríbatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria apoſtolica anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingentiſimo Sexageſimo, die verò veneris xx. menſis Decemb. Pontificatus præfati Sanctisſimi Domini Noſtri Papæ Anno primo.

A. Lomellínus Cuſtos.

REGVLA REVOCATORIA EXPE-ctatiuarũ mandatorũ, reſeruationũ, facultatum, & indultorum quibuſuis et S. R. E. Card. conceſſorum.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dñs Pius diuina prouidentia Papa Quartus, qui plures gratias ad vacatura beneficia, & mandata de prouidendo, ſeu commẽdando, aut aliàs diſponendo, necnon conferendi, nominandi, reſeruandi, & diuerſas alias facultates diuerſis perſonis hactenus conceſſit. Intendens veſtigiis prædeceſſorum ſuorum inhærendo, gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis ſecularibus, & regularibus in principio menſis Februarii proxime futuri omnino concedere vt ipſi expectantes, ex eorum gratiis expectatiuis hmõi fructus reportare poſſint, & ne prætextu aliarum gratiarum, & facultatũ, tam per Sanct. ſuam, q̃ alias quouis modo conceſſarum impediantur, ex hiis, & certis aliis rationabilibus cauſis, Omnia, & ſingula expectatiuas, & alias gratias citra acceſſus, & regreſſus, ac de conſenſu Coadiutorias ad vacatura beneficia earũq; mutationes, extenſiones, & reualidationas collationum etiam ſi qui per eas in Canonicos, ſub expe

ctatione

ctatione præbenda, vel portionis creati, vel recepti fuiſſet, ac pręterquam ſuper quibus per Cancellariam Apoſtolicam literæ in forma ſolita expediri conſueuerunt ſpeciales reſeruationes, nec non mandata de prouidendo, ſeu commendando, aut alias diſponendo, non tamen in forma Capituli Mandatum in Francia in fauorem quorumcunq;, & quibuſcunq; etiam S.R.E. Card. ac Collegiis, ět de conſenſu ordinariorum collatorum, & alias quomodolibet, necnon nominandi, reſeruandi, & conferendi, ac alia quæcunq; facultates, & indulta Cardinalibus præfatis, & aliis perſonis de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis certarum Ciuitatum, & dioc. quibus ipſi non erant, nec vnquam fuerant veri ordinarii collatores, ſed de ipſorum ordinariorum conſenſu, aut etiã ſine eorũ conſenſu, ſeu Sede Epãli, vel ět Archiepiſcopali vacante diſponendi, aut Vicarios perpetuos, ſeu temporales qui ět eiſdem Cardinalibus hmõi beneficia conferrent; vel commendarent deputandi, etiam ſi ipſi Vicarii per quoſcunquè Rom. Pont. prędeceſſores ſuos, vel etiã per Sanct. ſuam deputati fuiſſent, ět perinde, ac ſi veri, & non ficti inibi ordinarii collatores eſſent ět cum decreto ꝙ diſpoſitiones de eiſdem beneficiis abſq; ipſorum Card. vel perſonarum conſenſu pro tpe factæ nullius eſſent roboris, vel momenti. Necnõ eiſdem Card. tàm ordinariis, q̃ nõ

ordinariis cõferendi beneficia eccleſiaſtica, quo ad beneficia ad aliorum inferiorum collatorum collationẽ, prouiſionem, pręſentationẽ, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem de iure, vel conſuetudine, & alias quomodolibet ſpectãtia, etiam ſi illis de eorundem inferiorum cõſenſu conceſſa fuiſſent, Dummodo beneficia hmõi iure ordinario, ſiue reſeruato ex cauſa ceſſionis ad ipſorum Cardinalium inſtitutionem, ſeu electionis confirmationem, aut coniunctim vna cũ capitulis, ſeu aliis inferioribus collatoribus collationem, ſeu quamuis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem non pertineant, ac ẽt quibuſuis Apoſtolicæ Sedis legatis de latere ẽt ſi dictæ R. E. Cardinales fuerint etiam Nunciis, ẽt cum poteſtate legati de latere, necnon fructuum, & prouentuũ Camerę Apoſtolicæ debitorũ Collectoribus in quibuſuis Regnis, Prouinciis, & dominiis, tàm citra, q̃ vltra mũtes deputatis, ac quibuſuis Patriarchis, Archiepis, Epis; Prelatis, & perſonis, ẽt ordinariam collationem, ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum de iure, vel conſuetudine habentibus diſponendi quomõlibet de beneficiis eccleſiaſticis ẽt diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruatis, ſeu affectis, necnon alternatiuas, pręterq̃ per regulas Cãcellariæ conceſſas, & indulta quęcunq; Prelatis, & aliis perſonis pręcictis, non tamen in fauorem

nationũ

nationum ſuper conferendis per eos ēt quoad vixerint beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem,prouiſionem,pręſentationem,electionē ſeu quamuis aliam diſpoſitionem: communiter vel diuiſim pertinentib. in ſex alternatis, aut aliis Anni,menſibus vacaturis, tam per prædeceſſores præfatos,q̄ per eandem Sanct.ſuam, & dictæ Sedis legatos,ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis,ac cum quibuſuis declarationibus,atteſtationibus, & a reuocationibus præſeruatiuis, aliiſq; efficacioribus,& inſolitis clauſulis, nec non irritātibus,& aliis etiam vim contractus inducentibus decretis,etiam motu proprio,& ex certa ſcientia ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,& ex quibuſuis etiam vrgentisſimis cauſis, ac quauis conſideratione ēt cōſiſtorialiter hactenus conceſſas, & conceſſa,quorum omniū tenores, & formas, ac decreta in illis appoſita Sāctitas ſua haberi voluit pro expresſis, quoad ea in quibus nondum ſunt effectum ſortita, reuocauit, caſſauit, & annullauit.Ac quicquid prætextu gratiarum, reſeruationum,mandatorum facultatum,indultorū, & alternatiuarum, reuocatorū huiuſmodi poſt publicationem præſentis conſtitutionis contigerit attemptari irritum, & inane decreuit. Statuto ordinatione,decreto, & declaratione ſuis in craſtinū aſſumptionis ſuę æditis quibus voluit Cardinalibus in conſtitutionibus per eum impoſte-

rum ędendis,& publicandis non compręhendi, niſi illæ eorum fauorem concernerent, vel ipſæ conſtitutiones de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum conſilio ęditæ forent nequaquam obſtantibus.

Placet publicetur,& deſcibatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in Cancellaria Apoſtolica,Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo. Quingenteſimo Sexageſimo,die vero Martis, decima menſis Septēbris,Pontificatus prælibati Sanctisſimi Dñi noſtri Papę, Anno primo.

Placet deſcribatur,& publicetur.

A. Lomellinus Cuſtos.

Conſtitutio Declaratoria Regulæ de publicandis reſignationibus.

SAnctiſs.in Chriſto Pater,& D.N. D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. Qui in craſtinum ſnæ ad ſummi Apoſtolatus apicē aſſumptionis, prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo,inter alia ſtatuit;& ordinauit, prout etiam ſinguli prædeceſſores præfati ſtatuere, & ordinare conſueuerant,quod quæcunq; beneficia eccleſiaſtica in Romana Cu. reſignata, niſi

de

de illis factæ reſignationes infra ſex menſes a die Dat.ſapplicationis, & non a die præſtiti conſenſus computandos, ſi vero extra dictam Curia factæ ſint infra menſem, extunc vbi beneficia ipſa conſiſterent, publicatę forent, vel poſſeſsio illorũ ab eis quos id contingeret petita extitiſſet, ſi reſignantes illa poſtmodum in eorundem reſignatorum beneficiorũ poſſeſsione decederent non per reſignationem, ſed per obitum hmõi vacare cenſerentur: Collationes quoq;, & quæuis aliæ diſpoſitiones, de illis tanquam per reſignationẽ vacantibus factæ, & inde ſequuta quæcunq; nullius, ſint roboris, vel momenti. Et cui nuper innotuit nonnullos ét iuris peritos, & dictæ Curiæ officiales ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, contendere quod reſignationes de beneficiis in manibus prædeceſſorum hmõi, tanq̃ illa per obitum eorundem prædeceſſorũ expirauerint non ſubiiciãtur, & ſub ſtatuto, & ordinationes Sanct. ſuæ, tanquam futura, & non præterita concernẽtibus non compræhẽdantur, & ſic occaſionem præſtare, vt fraus fiat legi, & reſignationes hmõi infra dictos ſex menſes nõ publicentur, nec ipſorum reſignatorum beneficiorum poſſeſsio ab eis quos id contingit petatur, quinimo reſignantes ipſi beneficia per eos reſignata, vſq; ad eorũ obitum ſine aliquo titulo detineant, & eorum fructus percipiant, in animarum ſuarum pernicíem

niciem,& perſonarum de eiſdem beneficiis tanquam per obitum vacantibus pro tpe prouiſarum detrimentum non immemor q̃ fe. re. Paulus Papa iiii.S.S.prædeceſſor per ſimilem eius cõſtitutionem ſub die Quinta menſis Maii Pontificatus ſui Anno Tertio,in Cancellaria Apoſtolica,publicatam difficultates,quæ exinde oriebantur aut exoriri poterant declarauit volens periculis animarum occurrere, & indemnitati perſonarum hmõi conſulere declarationi pręfatæ dicti ſui prædeceſſoris,inhærendo præſentis ſuæ cõſtitutionis perpetuo valituræ tenore declarauit ſuę intẽtionis ſemper fuiſſe,& eſſe, vt quæcunq; reſignationes de quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis et in manibus prædictorum hmõi eatenus factæ,& nondum ſuum plenarium effectum ſortitæ, etiam ſi infra ſex menſes obitum eorundem prædeceſſorum præcedentes factæ, nec ſuper illis conſenſus tpe eorundem prædeceſſorum pręſtiti fuerint,ſtatuto, & ordinationi ſuis prædictis ſubiicerentur,& ſubiiciantur de præſenti, & ſub illis cõpræhenderentur,& compræhendantur de præſenti,& in futurum.Quodq; ſi non ſatisfacto ſtatuto,& ordinationi ſuis hmõi,ii qui beneficia prædicta in manibus eorundem prædeceſſorum reſignauerant,in eorundem reſignatorum beneficiorum poſſeſſione decederent, ſiue deceſſerint beneficia ipſa non per reſignationem, ſed p̱

obitum

obitum hmõi vacare cenſerentur, & in poſterũ cenſeantur, collationes quoq;, & quæuis aliæ diſpoſitiones de illis tanquam per reſignationem vacantibus factæ, & faciendæ; & inde ſequuta, & ſequenda quæcunq;, nullius eſſent, & in poſterũ ſint roboris vel momenti. Decernens ſic, & non aliter per quoſcunq; iudices, & commiſſarios, quauis etiam Apoſtolica auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, & cauſarũ Palatii Apoſtolici hmõi Auditores in quibuſuis ẽt per appellationem pendentibus, & in poſterum mouendis cauſis, & quauis eorum inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac irritum.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dñicæ 1560. die vero Martis x. menſis Septemb. Pont. prælib. S.D.N. Papę anno primo.

Placet publicetur, & deſcribatur videtur bona Iacobus Card. Puteus.

A. Lomellinus Cuſtos.

Conſtitutio per quam datur facultas Iudici decernendi Sequeſtrum ſuper beneficiis reſeruatis.

SAnctisſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus. Cupiens prout ſuo paſtorali incumbit officio, vnicuiq; quod ſuum eſt tribui, iuſtitiamq; inter omnes æqua lance miniſtrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum qui pasſim beneficia eccleſiaſtica in menſibus in quibus illorum collatio, & prouiſio per conſtitutiones ſuas ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas deſuper editas diſpoſitioni ſuæ pro tempore reſeruatæ exiſtunt vacantia, ſeu alias eidem, & Sedis apoſtolicæ diſpoſitioni generaliter reſeruata, aut ex generali reſeruatione apoſtolica vel alias affecta, ordinaria, ſeu alia auctoritate contra dictarum Conſtitutionum tenorem, aut alias indebite ſibi conferri, & de illis etiam prouideri procurant, & in eis prætextu collationum, & prouiſionum hmõi ſe intrudunt, vel hoc vt illorũ fructus ſuos faciant, & ex eis Impetrantes apoſtolicos, ſeu alias iuſto titulo prouiſos moleſtent, & interim lites adeo in longum protrahant, vt ſi impetrantes & iuſtum titulum habentes, aut cũ eis concordare, aut eorum iuri cedere, & renunciare, aut in proſequutione litium hmõi omnes

ferè

ferè eorum facultates disſipare, & tandem in illarum proſequutione more cogantur. Quiq; beneficia in Ro. Curia, vel extra eam litigioſa reſignant, aut eorum iuri cedunt ſimpliciter, vel in fauorem tertii in memorialibus cum paruis datis, & conſenſibus deſuper præſtitisque penes ſe retinent, & nihilominus lites huiuſmodi proſequuntur, & dum cognoſcunt nullum ius ſibi in huiuſmodi beneficiis litigioſis competere ad effugiendum ſententiam, & expenſas, vel fructuũ reſtitutionem in quibus condemnãdi venirent. Supplicationes deſuper ſignari, ac datas, & conſenſus paruos hmõi extendi faciunt, aſſerentes ſe iamdiu illa dimiſiſſe, partes fouentes bonum ius, & Iudices iuſtitiam miniſtrantes deludendo, quantum in eo eſt obuiare, ac omnem penitus talia præſumendi occaſionem tollere. Hac ſua perpetuo valitura ſanctione ſtatuit, & ordinauit ꝙ quoties in antea aliquem ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico (vt præfertur) reſeruato, ſeu affecto, & dicta auctoritate, vel alias nulliter collato tam in dicta Curia, q̃ extra eam litigare contigerit, & Iudici ordinario, ſeu cui cauſa deſuper commiſſa fuerit ẽt ſummarie, & extraiudicialiter quantum ſibi pro rei qualitate ſufficere parte legitime citata videbitur conſtiterit Beneficium ipſum in dictis mẽſibus vacauiſſe, aut alias (vt præfertur) reſeruatum ſeu affectum. Et nihilominus

ordinaria

ordinaria,ſeu alia auctoritate nulliter Collatum, & indebite detentum exiſtere. Idem Iudex reproducta citatione, fructus, redditus, & prouentus beneficiorum ſic nulliter collatorum, & indebite detentorum ſequeſtrari mandet, & faciat, ac alia exequatur in præmiſsis neceſſaria, & opportuna. Super quo eidem Iudici omnem poteſtatem & auctoritatem impartitus eſt. Idemq; Sanct. ſua in cauſis nunc in quauis inſtantia coram eiſdem Iudicibus pendentibus ſimiliter obſeruari mandauit. Præterea decreuit, & declarauit ſic reſignātes, ſeu cedentes, & nihilominus lites hmōi proſequeñ. ne eorum malitia illis prodeſſe, & fouentibus bonum ius nocere valeat ad fructuū, redituum, & prouētuum dictorum beneficiorum per eos perceptorum reſtitutionem, ac expenſarum in litibus hmōi factarum refectionem omniaq;, & ſingula damna, & intereſſe in quibus cōdemnati fuerint ſi nō ceſsiſſent, vel reſignaſſent per Iudices, tam ordinaria, quàm delegata, vel alia auctoritate fungentes, coram quibus lites ipſas pro tempore pendere; ſeu moueri contigerit condemnandos fore, & condemnari debere, ac ad id teneri, & obligatos eſſe, Ipſoſq;, ac ēt in dictis beneficiis ſucceſſores quoſcunq; ad paritionem ſententiæ, ſeu ſententiarum, ac literarū exequutorialium pro tempore latæ, ſeu latarum, & decretarum à quibus appellare non liceat, ac re-

ſtitu-

ſtitutionem,ſeu relaxationẽ poſſeſsionis, ac fru-
ctuum,reddituum,& prouentuum,necnon refe
ctionem expẽſarum,ac damnorum, & intereſſe
hmõi perinde, ac ſi contra eoſdem ſucceſſores
ſententia,ſeu ſententię latæ, & literæ exequuto-
riales hmõi decretæ fuiſſent, cogi, & compelli.
Sic tamen ꝙ poſtq̃ alter ipſorum ſententiæ, ſeu
ſententiis,ac reſtitutioni, vel relaxationi poſſeſ-
ſionis,& fructuum,reddituum,& prouentuum,
necnon damnorum, & intereſſe hmõi refectio-
ni,aliiſq; præmisſis realiter,& cum effectu parue-
rit, alter deſuper moleſtari non posſit. Et ita in
præmisſis omnibus, & ſingulis, per eoſdem, &
alios quoſcunq; Iudices, & ẽt cauſarum Palatii
Apoſtolici Auditores.Sublata &c.iudicari,& diſ-
finiri debere, Irritum quoq;,&c.

Placet,publicetur,& deſcribatur. I.

Lecta,& publicata fuit ſupradicta Conſtitutio
Romæ in Cãcellaria apoſtolica anno Incarnatio
nis Dñicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſi-
mo Die vero Sabbati vigeſimaſexta mẽſis octo-
bris. Pontificatus prȩlibati Sanctisſimi Domini
Papæ Anno Primo.

A. Lomellinns Cuſtos.

Prima prorogatio expeditione literarum Iulii Tertii.

SAnctisſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus, qui in craſtino ſuę aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem per certã conſtitutionem ſuam voluerat quod conceſſa per fel.rec.Marcellum,& Paulum prędeceſſores ſuos,& de eorum mandato expedirentur in forma ratione congruit, ſub die coronationis ſuæ, vt moris eſt,& idem quoad cõceſſa per piæ me. Iulium iii.etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex mẽſes duntaxat ab ipſa die coronationis incipiendos obſeruari voluerat.Volens ipſorum qui literas ſuper conces ſis per eundem Iulium prædeceſſorem nondum expediuerunt commoditatibus pariter, & indemnitatibus conſulere, dictos ſex menſes ad alios ſex menſes, extunc proxime futuros prorogauit,

Placet publicetur,& deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica,anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo, Quingenteſimo ſexageſimo, die vero martis decima octaua mẽſis Iunii. Pontificatus prælibati Sanctisſimi Domini noſtri Papæ Anno primo.

Alia prorogatio expeditionis literarum quoad conceſſa per fe.re.Iulium Papa iii.

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus Noſter Dñs Pius diuina prouidentia Papa IIII. Qui in craſtino ſuæ aſſumptionis ad ſummi apoſtolatus apicem per certam voluerat ꝙ conceſſa per fe. rec. Marcellum ii. & Paulum quartum Rom.Pont.prædeceſſores ſuos, & de eorum mandato expedirentur in forma rationi congruit ſub die coronationis ſuæ, vt moris eſt. Et idem quoad conceſſa per piæ me. Iulium iii. etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die coronationis incipiendum obſeruari et voluerat, Et deinde per aliam dictos ſex menſes ex tunc proxime futuros, & poſtremo per reliquam conſtitutiones ſuas in Cancellaria Apoſtolica ſucceſſiue publicatas ſecundo dictos ſex menſes ad alios ſex menſes a fine ſecũdo dictorum ſex menſium computañ. abſq; ſpe vlterioris prorogationis prorogauerat, Volens eorum qui literas ſuper conceſſis per eundem Iulium prædeceſſorem,& de eius mandato nondum expediuerunt commoditati pariter, & indemnitati per amplius conſulere, vltimo dictos ſex menſes ad tres menſes a fine vltimo dictorũ ſex menſiũ hmõi cõputandos omni alterius prorogationis ſpe penitus remota prorogauit.

Placet publicetur,& deſcribatur. I.

H

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria apoſtolica anno Incarnationis Dñicæ 1561. die vero Sabbati 28. menſis Iunii. Pontificatus præfati Sanctisſimi D. N. Papæ anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Declaratio reuocationis expectatiuarum, & aliarum gratiarum.

SAnctisſimus in Christo pater, & Dominus Noſter Dñs Pius diuina prouidentia Papa IIII. cui nuper poſtq̃ ſanctitas ſua intendens gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis ſecularibus, & regularibus perſonis ſecundum conſtitutiones, & regulas tunc deſuper editas in Kal. Feb. prox. præteriti concedere, & vt ipſi expectantes eorum gratiis expectatiuis fruct. reportare poſſent, ac ne prætextu aliarum gratiarum, tam per Sanct. ſuam, quam alia quomodolibet conceſſarum impedirentur ex hiis, & certis aliis rationabilibus cauſis certas alias conſtitutiones, ſiue regulas reuocatorias ſpecialiũ reſeruationum, & conferendi facultatum per ſanctitatem ſuam editas, & in Cancellaria apoſtolica diuerſis temporibus publicatas innouando inter alia p certam aliam eius conſtitutionem, ſub die vigeſima

ſima menſis Decembris proxime præteriti in di-
cta Cancellaria et publicat. omnia, & ſingula ex-
pectatiuas, & alias gratias citra acceſſus, & regreſ
ſus; ac de conſenſu coadiutorias ad vacutura be
neficia earumq; mutationes, extenſiones, & re-
ualidationes collationum et ſi qui per eos in ca-
nonicos ſub expectatione præbẽdę, vel portioñ.
creati, & recepti fuiſſent, ac præterquam ſuper
quibus per eandem Cancellariam literæ in for-
ma ſolita expediri conſueuerant ſpeciales reſer-
uationes, necnon mandata de prouidendo, ſeu
commendando, & alias diſponendo, non tamẽ
in forma capituli mandatum in Francia in fauo-
rem quorumcunq;, & quibuſcunq; et de conſen
ſu ordinariorum collatorum, & alias quomodo
libet et motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de
apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex quibuſ-
uis et vrgentisſimis cauſis, ac quauis conſidera-
tione eatenus conceſſas, & conceſſa quoad ea
in quibus nondum erant effectum ex die poſte-
rioris publicationis hmõi prout ex eiſdem Kal.
Februa. proxime præteriti, & econtra reuocaue-
rat, caſſauerat, & annullauerat innotuit ꝙ a non
nullis vertebantur in dubium an gratiæ ad vaca-
tura beneficia et poſt publicationem conſtitutiõ
nis reuocatoriæ, & ante Kal. Februa. huiuſmodi
per Sanct. ſuam conceſſas ſub dict. reuocatione
comprę̃henderentur. Volens omnem hęſitatio-

nis materiam exinde remouere, ac litibus quæ propterea exoriri poſſent obuiare, & indemnitati quorumlibet conſulere declarauit, omnia, & ſingula expectatiuas & alias gratias ad vacatura beneficia et ſi qui per eas in canonicos ſub expectatione præbendæ, ſeu portion. creati aut recepti fuiſſent, ac præterquam ſuper quibus per dictam Cancellariam literæ expediri conſueuerũt ſpeciales reſeruationes, necnon mandata de prouidendo, ſeu commendando, vel diſponendo non tamen in forma capituli mandatum in Francia in fauorem quorumcunq;, & quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu, & ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac alias poſt publicationem conſtitutionis reuocatoriæ, & ante Kal. Februa. hmõi quomodolibet conceſsis, & conceſſa quorum omnium veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur habituri volunt pro expresſis etiam ſi Sanctitas ſua hmõi gratias expectatiuas non conceſſerit ſub dict. conſtitutione reuocatoria compræhenſas, & compræhenſa, ac ex dicta die Kal. Februa. reuocatas, & reuocata, nec alicui eorum prætextu ius aliquod quæſitũ fuiſſe, fore, & eſſe, ſeu dici, aut cenſeri poſſe, & ita quoſcunq; iudices, & cauſarum palatii apoſtolici Auditores in quauis cauſis tam motis, q̃ mouendis quorum ſtatus, & nomina iudicum,

& colligañ. necnon dict. conſtitutioñ. tenores Sanct. ſua habituri voluit pro expresſis et in quibuſuis inſtantiis ſublata eis quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decreuit.

Placet, publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cãcellaria apoſtolica anno Incarnationis Dñicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Die Vero Sabbati decima nona mẽſis Aprilis Pontificatus præfati Sanctisſimi Domini Noſtri Papæ Anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Declaratio moderationis Indultorum S.R.E. Cardinalium conceſſorum.

SAnctisſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa iiii. Qui nuper intendens veſtigiis prædeceſſorum ſuorum inhærẽdo gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis ſecularibus, & regularib. in principio menſis Februa. proxime futuri omnino concedere, vt ipſi expectantes ex eorum gratiis expectatiuis hmõi fructum reportare poſ

ſent,& ne prætextu aliarum gratiarum, & facultatum quouiſmodo cõceſſarum impedirentur. per vnam ſub decima ſeptemb. proxime preteriti inter alia quęcunq; facultates & indulta S.R.E. Cardinalibus tam ordinariis,q̃ non ordinariis cõferendi beneficia eccleſiaſtica quoad beneficia ad aliorum inferiorum collatorum, collationẽ, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem de iure, vel cõſuetudine,& alias quomodolibet ſpectantia ẽt ſi in illis de eorundem inferiorum collatorum cõſenſu dummodo beneficia hmõi iure ordinario ſiue reſeruato ex cauſa ceſſionis ad ipſorum Cardinalium inſtitutionem,ſeu electionis confirmationem, aut coniunctim vna cum capitulis, ſeu aliis inferioribus collatoribus hmõi collationem ſeu quamuis aliã ſimilem, vel diſſimilem diſpoſiſitionem nõ pertinerent, & ſucceſſiue ex eiſdem & certis aliis rationabilibus cauſis per aliam conſtitutiones ſuas ſub vigeſima Decembris menſium diebus,pont.ſui anno primo, in Cancellaria apoſtolica publicatas ẽt quæcunq; facultates, & indulta eiſdem Cardinalibus, tam ordinariis, quam non ordinariis conferendi beneficia eccleſiaſtica quoad ipſorum inferiorum collatorum relationem,prouiſionem,electionem,ſeu quamuis aliam diſpoſitionem de iure, vel conſuetudine,ac alias quomodolibet ſpectantia duntaxat

ſub

ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis et motu proprio conceſſas, & conceſſa ex die publicationis conſtitution. earundem prout ex Kal. Feb. huiuſmodi, & econtra cum irritantibus appoſitione decreti reuocauit, caſſauit, & annullauit, & cui innotuit quod pro eo ꝙ verba illa videlicet dummodo beneficia hmõi iure ordinario, ſiue reſeruato ex cauſa ceſſionis ad ipſorum Cardinalium inſtitutionem, ſeu electionis confirmationem, aut coniunctim vna cum capitulis, ſeu aliis inferioribus collatoribus hmõi collationem, ſeu quãuis aliam diſpoſitionem non pertineant in dicta poſteriori reuocatione appoſita non fuerint a non nullis aſſeritur indulta prædicta quoad hæc ſub dicta poſteriori reuocatione compræhenſa dici, ſeu cẽſeri poſſe, Volens indemnitati eorundem Cardinalium conſulere omnemq; in præmiſſis hęſitãdi materiam ſubmouere declarauit indulta hmõi ſua dicta poſteriori reuocatione quoad beneficia quę iure ordinario, ſeu ex cauſa ceſſionis reſeruato ad ipſorum Cardinalium inſtitutionem, ſeu electionis confirmationem aut coniunctim vna cum capitulis ſeu aliis inferioribus collatoribus collationem, ſeu quamuis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem pertinent nullatenus comprehenſa fuiſſe, vel eſſe, aut dici, ſeu cenſeri poſſe, nec dictam poſteriorem reuocationem

nem ad illa quoad hoc ſe extendiſſe, neq; exten-
dere ac quominus dicti Cardinales de beneficiis
hmôi ad eorum inſtitutionem, vel electionis cõ-
firmationem, aut coniunctim vna cum capitulis
ſeu aliis inferioribus collatoribus collationem,
aut quamuis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpo
ſitionem iure ordinario, vel facultate eis ex cau-
ſa ceſſionis deſuper quomodolibet conceſſa vt
prius diſponere potuerint, ſeu poſſint eiſdem
Card. obſtare non potuiſſe neq; poſſe, & quaſcũ
que collationes, prouiſiones, inſtitutiones, cõfir-
mationes, aut alias diſpoſitiones de eiſdem be-
neficiis ſub hmôi limitatione comprehenſis alias
rite factas validas, & efficaces extitiſſe, & exiſtere
ac ſuos effectus ſortiri debuiſſe, & debere etiã ſic
per quoſcunq; iudices, & commiſſarios, & cau-
ſarum palatii Apoſtolici auditores in quibuſuis
cauſis motis, & mouendis quarum ſtat. & nomi-
na iudicum, ac collitigañ. necnon dictarum con-
ſtitutioñ. tenores haberi voluit pro expreſſis et
quibuſuis illarum inſtantiis ſublata eis quauis ali
ter iudicandi, & interpretandi facultate, & aucto
ritate iudicari, & diffiniri debere, irritũ quoq;, &c.
decreuit. Non obſtañ. præmiſſis, ac omnibus illis
quæ in ipſorum Cardinalium indultis voluimus
non obſtare cæteriſq; contrariis quibuſcunq;.

Placet publicetur, & deſcribatur I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dñicæ 1560. die vero xxiiii. menſis Ianua. Pont. prælib. S. D. N. Papę anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Prorogatio ad expedieñ. literas Iulii iii. ad alios duos menſes.

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa iiii. qui in craſtino ſuæ aſſumptionis ad ſummi apoſtolatus apicem per certam voluerat, ꝙ conceſſa per fe. rec. Marcellum ii. & Paulum iiii. Rom. Pont. prædeceſſores ſuos, & de eorum mandato expedirentur in forma rationi congruit ſub die coronationis ſuę vt moris erat, & idem quoad conceſſa per piæ mem. Iulium iii. et prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die coronationis incipiendos obſeruari et voluerat. Et deinde per aliã dictos ſex menſes ad alios ſex menſes a fine dictorum ſex menſium computandos abſq; ſpe vlterioris prorogationis, Et poſtremo per reliquam conſtitutiones ſuas in cancellaria apoſtolica ſucceſſiue publicatas tertio dict. ſex menſes ad alios tres menſes à fine tertio dictorum ſex menſium computandos omni alterius prorogationis ſpe

penitus

penitus remota prorogauerat. Volens eorum qui literas ſuper conceſsis per eundem Iulium prædeceſſorem, & de eius mandato nondum expediuerunt commoditati pariter, & indemnitati peramplius cōſulere dictos tres menſes ad duos menſes à fine eorundem trium menſium computandos abſq; aliqua vlterioris prærogationis ſpe prorogauit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria apoſtolica anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingentiſimo Sexageſimo primo, die verò ſabbati xxvii. menſis Septembris. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Prorogatio duorum menſium ad expedieñ. literas Iulii iii. vſq; ad diem Corona-tionis Sanctiſsimi Domini No-ſtri proxime futuram.

SAnctiſsimus in Chriſto Pater, & D. Noſter D. Pius diuina prouidentia Papa Quartus qui in Craſtino ſuæ aſſumptionis ad ſummi apoſtola-tus apicem per certam voluerat q; conceſſa per fe.rec. Marcellum ii. Paulum iiii. Romanos Pon tifice prædeceſſore ſuos, & de eorum mandato expedirentur in forma rationi congruit ſub die Coronationis ſuę, vt moris erat, & idem quoad conceſſa per piæ memo. Iulium Tertium etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat à die coronationis incipiẽdos obſeruari etiam vo luerat, & deinde per aliam dictos ſex menſes tũc proxime futuros & ſubſequẽter ſecundo dictos ſex menſes à fine ſecundo dictorum ſex menſiũ compotandos abſq; ſpe alterius prorogationis, & poſtmodum per aliam tertio dictos ſex men-ſes ad alios tres menſes à fine tertio dictorum ſex menſium computandos omni alterius proroga tionis ſpe remota penitus. Et poſtremo per reli-quam conſtitutiones ſuas in Cancellaria apoſto lica ſucceſsiue publicatas dictos tres menſes ad duo alios menſes à fine eorundem trium men-ſium computandos etiam abſq; alia vlterioris

proroga

prorogationis ſpe prorogauerat, volens eorum qui literas ſuper conceſſa per eundem Iulium prædeceſſorem, & de eius mandato nondum expediuerunt commoditati pariter, & indemnitati per amplius conſulere dictos duos menſes, vſq; ad diem eiuſdem ſuę coronationis proxime futuram omni prorſus ſpe vlterioris prorogationis remota prorogauit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo, Quingenteſimo ſexageſimo, die vero martis II. menſis Decēbris. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Prorogatio termini ad expedien. literas Iulii i i i. ad alium menſem poſt diem Coronationis S.D.N. proxime futuram.

SAnctisſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus. Qui in Craſtino ſuę aſſumptionis ad ſummi apoſtolatus apicem per certã voluerat ꝙ conceſſa per fe. re. Marcellum i i. & Paulum iiii. Rom. pont. Prædeceſſores ſuos, & de eorum mandato expedirentur in forma rationi congruit, ſub die Coronationis ſuæ, vt moris erat, & idem quoad conceſſa per piæ memo. Iulium i i i. etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die Coronationis incipiendos obſeruari etiam voluerat. Et deinde per aliam dictos ſex menſes ad alios ſex menſes extunc proxime futuros, & ſubſequenter ſecundo dictos ſex menſes etiam ad alios ſex menſes à fine ſecundo dictorum ſex menſium computandos abſq; ſpe vlterius prorogationis. Et poſtmodum per aliam tertio dictos ſex menſes ad alios tres menſes à fine tertio dictorum ſex menſium computandos omni alterius prorogationis ſpe penitus remota. Et ſucceſiue per aliam dictos tres menſes ad duos alios menſes à fine eorundem trium menſium computandos etiam abſq; vlterioris prorogationis ſpe, ac poſtremo per reliquam

liquam Conſtitutiones ſuas in Cancellaria apoſtolica ſucceſsiue publicatas dictos duos menſes vſq; ad diem eiuſdem ſuæ Coronationis proxime futuram etiam omni ſpe vlterioris prorogationis remota prorogauerat volens eorum qui literas ſuper conceſsis per eundem Iulium prædeceſſorem, & de eius mandato nondum expediuerunt commoditati, & indemnitati peramplius conſulere tempus vltimo prorogatum huiuſmodi ad vnum menſem à die coronationis proximæ futurę huiuſmodi computandum omni prorſus vlterioris prorogationis ſpe remota prorogauit.

Placet publicetur, & deſcibatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo primo, die vero Lunæ quinta menſis Ianua. Pontificatus prælibati Sanctisſimi Dñi noſtri Papę, Anno ſecundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

QVATVOR

REGVLAE CANCELLARIAE
Apoſtolicæ videlicet Reuoca-
tio facultatum Nunciis con
ceſſarum. Declaratio fa-
cultatum Conclaui-
ſtarum.

*Item alia declaratio reuocationis faculta-
tum Nunciorum.*

Et Moderatio facultatum Legatorum,
& Nunciorum ſuper reſignatione,
& collatione beneficiorum,
& diſpenſationum.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dñs Pius diuina prouidentia Papa Quartus, ex certis ſuadentibus rationabilibus cauſis, omnes, & ſingulas facultates, auctoritatem, & poteſtatem, ac indulta, quibuſuis Nũtiis, etiam cum poteſtate Legati de latere in quibuſuis prouinciis, Ducatibus, Dominiis, Ciuitatibus & locis per quoſcunq; Ro. Pont. Sanctitatis ſuæ prædeceſſores, ac eandem Sanctitatem ſuam, & ſedem apoſtolicam, & quibuſuis cauſis non tamen ratione collectoriæ decimarum, & ſpoliorum creatis, & conſtitutis, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, aut alias quomodolibet conceſſas, & conceſſa, illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter expresſis habens, ſpecialiter, & expreſſæ reuocauit, Ac irritum &c. decreuit.

Placet publicetur, & deſcribatur I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in cancellaria apoſtolica, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Die vero martis ſecunda menſis Iunii, Pontificatus præfati Sanctisſimi D. N. Papæ Anno Tertio.

A. Lomellinus Cuſtos.

Declaratio facultatum Conclauiſtarum.

SAnctisſimus in Chriſto pater & D. nr̃ D. Pius diuina prouidentia Papa quartus, cui innotuit quod nonnulli qui in Conclaui in quo Sanctitas ſua ad ſummi apoſtolatus apicem diuina fauente clemẽtia aſſumpta fuit interfuerunt, & diuerſi alii etiam in eorum locum ſurrogati facultate reſignandi beneficia eccleſiaſtica per eos pro tempore obtenta, & cedendi iuri eis in dictis beneficiis, vel ad illa quomodolibet competenti etiam eorũ poſſesſione non habita ſimul, vel ſuccesſiue ſimpliciter, vel in fauorem certarum perſonarum, ſeu ex cauſa permutationis in ordinariorum locorum, vel illorum officialium, aut vicariorum, ſeu perſonarum in dignitate eccleſiaſtica conſtitutarum, vel canonicorum metropol. tañ. cathedralium eccleſiarum per eos eligẽdorum manibus extra Rom. curiam in quibuſuis apoſtolicis, aut ordinariis collatoribus pro tẽpore concesſis menſibus, ac reſignationes, & cesſiones hmõi per ordinarios, ſeu officiales, vel vicarios, aut perſonas in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutas, ſeu canonicos prædictos admitti, & de beneficiis ſic reſignatis aut cesſis ſibi, ſeu aliis per eos nominatis, vel ſecum compermutantibus prouideri faciendi eis, & aliis ſua beneficia in eorum fauorem reſignare volentibus per Sanctitatem ſuam, & ſedem apoſtolicam conceſſa abutentes

tentes

rentes eius prętextu reſignationes quarũcunq; perſonarum ſua beneficia hmõi ęt diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter reſeruata, ſeu affecta ad effectum, vt de illis aliis perſonis ſibi gratis proui deantur reſignare volentium etiam in infirmitate, & mortis articulo conſtitutarum extra dictam curiã per ordinarios, ſeu officiales, vel vicarios, aut perſonas in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas, ſeu canonicos hmõi admitti, & de ipſis ſic, vt præfertur, reſignatis, ſeu ceſſis beneficiis ęt conſtitutione Sanctitatis ſuæ de infirmis reſignantib. & infra viginti dies dicendum non obſtant, ſibi primo, & deinde mediante eorum reſignatione ſeu ceſſione perſonis primis reſignantibus gratis ſeu per eos nominatis prouideri procurant, & faciant, & quandoq; pro vſu facultatis hmõi a perſonis in quorum fauorem illa vtuntur præmia exigunt aliaſq; diuerſas fraudes committũt in animarum ſuarum periculum, & apoſtolicæ auctoritati vilipendium, ac expectantium apoſtolicorum, & ordinariorum collatorum præiudicium, volens periculo animarũ, & hmõi abuſibus, & fraudibus obuiare veſtigiis fe. re. Clementis papæ vii. & Iulii iii. prædeceſſorum ſuorum, qui facultates hmõi reuocauerunt inhærendo, Omnes & ſingulas facultates tam Conclauiſtis, quam quibuſuis aliis etiam in ipſorum Conclauiſtarum locum ſurrogatis cuiuſcunq; dignitatis

ſtatus, vel conditionis exiſtentibus, ac ét. S. R. E. Cardinalibus beneficia per eos obtenta reſignādi, & iuri ſibi in illis, vel ad illa quomodolibet cōpetenti cedendi, ac reſignationes, ſeu ceſsiones hmōi admitti, & de beneficiis ſic reſignatis, ſeu ceſsis ſibi, ſeu aliis per eos nominatis, vel ſecum compermutantibus prouideri faciendi per quoſcunq; Roma. Pontifices prædeceſſores ſuos; & Sanctitatem ſuam ét in Conclaui prædicto ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis hactenus conceſsis, quorum tenores hmōi Sanctitas ſua haberi voluit pro expreſsis ét ſi quaſuis clauſulas aduerſus illorum reuocationum præſeruatiuas in ſe contineant, reuocauit, caſſauit, & irritauit, omniaq; & ſingula earundem facultatum prætextu de cætero facienda nulla, & inualida, nulliuſquè roboris, vel momenti eſſe, & fore, nec per illa aliquod ius alicui acquiri, aut acquiſitum cenſeri poſſe, aut debere declarauit, eaq; in poſterum nemini contra reuocationem, & declarationem hmōi ſuffragari, ſicq; per quoſcunq; Iudices, & Commiſſario ét S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii apoſtolici Auditores in quibuſcunq; cauſis motis & mouendis in dicta curia, & extra eam in quauis inſtantia pendentibus ſublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decreuit.

Placet publicetur, & deſcribatur I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cācellaria apoſtolica anno Incarnationis Dñicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo ſecundo, Die vero vigeſima ſecunda menſis Septembris Pontificatus preſati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Anno Tertio.

A. Lomellinus Cuſtos.

Declaratio reuocationis facultatum Nunciorū, Ac quod indulgentiæ, & peccatorum remisſiones gratis expediantur.

SAnctisſimus in Chriſto pater, & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa iiii. qui nuper ex certis ſuadentibus rationabilibus cauſis, omnes, & ſingulas facultates authoritatem, & poteſtatē, & indulta quibuſuis Nuntiis etiam cum poteſtate Legati de latere, in quibuſuis prouinciis, Ducatibus, Dominiis, Ciuitatibus ac locis, per quoſcunq; Romanos Pontifices Sanctitatis ſuæ prædeceſſores, ac eandem Sanctitatem ſuam, & ſedem apoſtolicam ex quibuſuis cauſis non tamē ratione collectoriæ decimarum, & ſpoliorum creatis, & conſtitutis, ſub quibuſuis clauſulis, & decretis aut alias quomodolibet conceſſas, & conceſſa, ſpecialiter, & expreſſe reuocauit, volēs vtilitati, & commoditati conſulere, facultates

authoritatem, ac poteſtatem, ac indulta huiuſmodi quorum tenores Sanctitate ſua haberi voluit pro expreſsis, quo ad ea quæ iuſtitiam, viſitationem, reformationem, & morum correctionẽ concernunt tantum reualidauit, & plenarie reintegrauit, ac irritum, &c. decreuit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo, Quingenteſimo ſexageſimo ſecundo die vero Sabbati ſeptima mẽſis Nouembris. Pontificatus prelibati Sanctiſsimi Domini noſtri Papę Anno Tertio.

A. Lomellinus Cuſtos.

Anno a natiuitate Dñi 1562. indictione quinta. die vero Iouis, quinta Menſis Nouẽb. Pont. Sanctiſs. in Chriſto patris, & D. nñi D. Pii diuina prouidentia Papę iiii. anno eius tertio Retroſcriptæ lr̃æ apoſt. affixæ, & publicatę fuerunt, Romę in valuis principis apoſtolorum de vrbe, & Cancellariæ Apoſt. ac in acie Campi Floræ, dimiſsis earundẽ lr̃um in locis prædictis copiis affixis vt moris eſt, per nos Bartholomæum ſotto caſa, & Ioannẽ Gherardum præfati S. D. nñi Papæ Curſ.

Philibertus Chappius Magiſter Curſ.

DEcet Romañ. Pontificem quem D.noſter Ieſus Chriſtus Vicarium ſuum cæleſtibus theſauris diſpenſandis in terris conſtituit prouidere, vt ſicut ipſe theſauros hmõi & gratias cæleſtes gratis acceptas ad honorem Dei, & illius Sanctorum, animarumq; Chriſtifideliũ ſalutem abſq; lucro diſpenſat, idem quoque a Romañ.curiæ officialibus quibus literarum apoſtol. ſuper gratiis a ſede apoſtolica pro tempore conceſſis expeditio incumbit obſeruetur, Qua propter incõueniens eſſe cenſentes pro cõceſſionibus indulgentiarum quæ in ſolis meritis paſſionis eiuſdẽ D.nñi Ieſu Chriſti, & eius glorioſorum Martirũ, & Sanct.conſiſtunt, aliquid temporale exigere; Nos præmiſſis prout noſtro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, Dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus S. Ro.E. Vicecancell.eiuſq; in Cancell.Apoſtolica locumteneñ. Necnon Summiſtę ſcriptoribus illorumq; pro tempore Reſcribendario, Computatori, receptori, & defenſoribus, necnon Secretariis literarum apoſtolicarum illarumq;, tam maioris, q̃ minoris præſidentiæ Abreuiatoribus, ac ſollicitatoribus plumbiq; & regiſtri magiſtris Collectoribus earundemq; literarum Apoſtolicarum Regiſtratoribus, Bullatoribus, Fratribus barbatis nuncupatis, & illorum famulis, necnon in regi-

ſtro ſupplicationum manu, & in pręſentia noſtra ſignatarum magiſtris, & ſcriptoribus aliiſq; Romañ. Curiæ officialibus, & perſonis etiam eorum officia ex cauſa quantumuis oneroſa obtinentibus cuiuſcunq; qualitatis, & conditionis exiſtant ac quocunq; nomine appellentur in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub maioris excõmunicationis latæ ſententię, necnon amisſionis ad ſemeſtre omnium emolumentorum eorum officiorum quæ ipſo iure quoties contrafecerint fabricę baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe applicata eſſe cenſeantur, & cenſentur, inobediẽtia et priuationis eorundem officiorum ipſo facto incurrendis pænis apoſtolica authoritate tenore præſentium præcipimus, & mãdamus, quatenus videlicet in regeſtro ſupplicationum magiſtri, & ſcriptores hmõi vltra ſalarium inibi pro ſignaturis ordinariis exigi ſolitum alii vero officiales literas apoſtol. tam ſub plumbo q̃ in forma breuis ſuper gratiis indulgentiarum, & peccatorum remisſionum et plenariarum tam pro viuis q̃ defunctis tàm ad tẽpus quàm perpetuo ad futuram, ſeu perpetuam rei memoriam, vel alia forma ac cum quauis narratiua pro quibuſuis particularibus perſonis, ſeu eccleſiis etiã Cathedralibus, & Collegiatis, Monaſteriis, prioratibus Capellis perpetuis Capellanis oratoriis, hoſpitalibus Capitulis, Collegiis, Conuentibus, Con

frater-

fraternitatibus,Societatibus, vniuerſitatibus, & quibuſcunq; aliis piis locis a nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romañ. Pontificibus, ét facultatem eligendi confeſſorem cum votorum commutatione in ſe continentibus pro tempore, citra tamen clauſulam porrectionis manuum adiutricũ concesſis, & concedendis conficieñ. gratis pro Deo vbiq; per eorum officia abſq; aliqua taxæ regalium, ſeu iocalium aut cuiuſuis alterius generis ſolutione, vel exactione quantumuis ordinaria, vel extraordinaria omnibus recuſatione, & contradictione ceſſantibus illico nullo alio a nobis, aut altero deſuper expectato mandato expediant, & proſequentibus illarum expeditionem ét ſi partes quorum intuitu fuerint conceſſæ in Romañ. curia non ſint præſentes, ſed longe ab illa abſint, expeditas tradant, & conſignent Mandantes dilectis filiis noſtro, & pro tempore Rom. Pont. Datario, & eiuſdẽ Cancellariæ Regenti quatenus ipſi vel alter eorum per ſe, vel alium ſeu alios præſens mandatum noſtrum per omnes, & ſingulos ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari faciant. Inobedienteſq; rebelles quoſcunq; cenſuras, & pœnas antedictas incidiſſe declarent, dictaſq; pœnas ab illis irremisſibiliter per ſolui, & in archam collegii dictæ fabricæ inferri, & reponi, & ſi contra præceptum hunc noſtrum aliquid fuerit illico eis qui illud ſoluerint, integre

reſtitui

reſtitui curent, Pro celeriori authoritate huius mandati noſtri obſeruatione dictarumq; pœnarum exactione & ablati reſtitutione mandatum executiuum ſi eis videbitur contra eoſdem inobedientes, & rebelles quoties opus fuerit decernant, & relaxent. Non obſtan. præmisſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dictorum officialium collegiorum inſtitutionib. & erectionibus, necnon ſtatutis ēt iuramento roboratis Priuilegiis quoq; indultis, & literis apoſtolicis eiuſdem Vicecancellario Summiſtę officialibus, & perſonis, ac collegiis ēt in eorum inſtitutionibus, & erectionibus hmói ſub quibuſcunquè tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiã derogatoriarum derogatoriis aliiſq; efficaciorib. & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus; & aliis ēt vim contractus inducen͂. decretis conceſſis, cõfirmatis, & innouatis quæ eis aut eorum alicui quo ad præmiſſa, volumus nullatenus ſuffragari cæteriſq; contrariis quibuſcunq; volumus autem quod præceptum, & mandatum noſtrum huiuſmodi ad hoc vt ad plenam, & indub ta ã notitiam deueniant, in dicta cancellaria p ıblicétur, & in illius libro deſcribantur, ac perpet is futuris temporibus inuiolabiliter obſeruentur.

Placet publicetur, & deſcibatur. I.

Affixum,& publicatum fuit ſuprascriptum man datum Romę in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo ſecundo,die vero ſeptima mẽſis Nouembris. Pontificatus præfati Sanctisſimi Dñi noſtri Papę, Anno Tertio.

Moderatio facultatum Legatorum, & Nunciorum etiam de latere, ſuper reſignatione, & collatione, beneficiorum, & diſpenſationum.

Sanctisſimus in Chriſto pater,& Dominus Noſter Dñs Pius diuina prouidentia Papa iiii. certis ſuadentibus rationabilibus cauſis quaſcunquè quorumcunq; beneficiorum eccleſiaſticorũ ſecularium reſignationes, & cesſiones ſimpliciter vel ex cauſa permutationis admittendi,& illa ac alias præterquam pèr obitum beneficia cõferendi,necnon ad duo curata ſeu alias inuicem incompatibilia,& in contrahendis,ac ſcienter cõtractis matrimonii diſpenſandi facultates quibuſuis Sedis Apoſtolicæ Legatis de latere ẽt Cardinalatus honore fungentibus,ac etiam cum facultate Legati de latere nunciis tam per Sanctitatem ſuam ꝙ alios Rom. Pont. prędeceſſores ſuos ẽt Regum, & aliorum Principum contemplatione,vel intuitu, & quauis ẽt fidei, & Reipublicæ conſidera-

conſideratione, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccl. Cardinalium conſilio quomodolibet conceſſas, quarum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur Sanctitas ſua haberi voluit pro expresſis illis alias in ſuo robore permãſuris, ita tamen quod dicti Legati, & Nuncii in matrimoniis ignoranter contractis in tertio, & quarto conſanguinitatis, & affinitatis gradibus gratis, & amore Dei, & non alias diſpenſare valeant, ex ſimili ſcientia reuocauit caſſauit, & annullauit ipſoſq; Legatos, & Nuncios admittendi ac præterquam per obitum vt præfertur conferendi, & diſpenſandi hmõi de cętero vti non poſſe neq; debere, ac quaſcunq; reſignationum, & ceſſionum admisſiones hmõi beneficii, ac ad incompatibilia, & ſuper matrimonii hmõi diſpenſationes ſi quas per eoſdem Legatos, & nuncios facultatum ſic reuocatarum prædictorum prætextu fieri contigerit, ac collationes, & prouiſiones necnon poſſesſionum apprehenſiones inde ſecutas nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe ac pro nullis, & infectis haberi debere beneficiaquè ſic collata eo ipſo vacare, ac ab alio quam Rom. Pont. impetrari non poſſe decreuit, Necnon vt qualitas perſonarum Eccleſiaſticarũ quibus de beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura per obitum vacaturis per eoſdem Legatos

&

& nuncios, ac etiam eiuſdem Rom. Eccl. Cardinales pro tempore exiſtentes, necnon Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias quaſuis perſonas indultum conferendi, & de hmõi beneficiis diſponendi à Sanctitate ſua vel ab eiſdem prædeceſſoribus habẽtes indulti hmõi vigore deinceps pro vt videbitur Sanctitati ſuę, ac ſuis ſucceſſoribus Rom. Pont. innoteſcat, voluit, ſtatuit, & ordinauit quod ſic pro tempore prouiſit cuiuſcunq; ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant infra ſex ſi citra, ſi vero vltra montes collationes, & prouiſiones huiuſmodi factæ fuerint infra octo menſes a die collationis, & prouiſionis de dictis beneficiis eis reſpectiue factarum cõputandos, prout alias iuxta tenorem indultorum Cardinalibus, Legatis, nunciis, & aliis prædictis conceſſorum hmõi tenentur nouas prouiſiones de ſuper a dicta Sede impetrare literas Apoſt. deſuper illorum fructus, redditus, & prouentus ad verum annum valorem exprimendo in totum expedire, & ipſi Legati, Cardinales, & nuncii, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & perſonæ in literis collationum, & prouiſionum per eos de huiuſmodi beneficiis pro tpe factarum decretum quod ſic prouiſi litteras nouę prouiſionis infra terminum hmõi vt præfertur impetrent, & litteras expediant alias quod eorum collationes, & prouiſiones hmõi ſint nullę in ſpecie apponere, ac ipſos ſic prouiſos ad id faciendum

ciendum monere teneantur, Alioquin collatio-
nes,& prouiſiones hmõi ,ſcontra pręmiſſa factæ
nullius ſint roboris, vel momenti, beneficiaque
ipſa vt prius vacent,& vacare cēſeantur eo ipſo,
ac eidem Sedi affectæ ſint, & de illis præterquam
per ſedem, & Romanum Pontificem hmõi di-
ſponi nõ poſſit,Nec ipſi Legati,Cardinales,nun-
cii,Archiepiſcopi,Epiſcopi,& alię perſonæ etiam
in eorundem beneficiorum collatione, aut de
illis facienda prouiſione ſe intromittere valeant
ac ſit prouiſi qui vȝ. decreto hmõi cum effectu
non ſatisfecerint,& ſi interim in manibus Rom.
Pontificis ceſſerint aut reſignauerint eorumquè
Ceſſionarii, & reſignatarii, ac ab eis præſumptũ
ius habentes, ac quicunqȝ alii qui ad eorum,&
aliorum quorumcunqȝ inſtigationem de benefi
ciis ipſis ſic affectis, & vacantibus à ſede prædicta
in confidentiam,aut alias ſibi prouideri obtinue
runt,aut quo minus dictum decretum adimplea
tur, & litteræ Apoſtolicæ nouarum prouiſionũ
hmõi modo, & forma præmiſſis expediantur
auxilium,conſilium,vel fauorem,directe, vel in
directe ſcienter præſtiterint ad hmõi, & quæcun-
què alia per eos obtenta,&obtinenda beneficia
Eccleſiaſtica inhabiles exiſtant, illaq; eo ipſo va-
cent.Et nihilominus ipſi ſententiam maioris ex-
communicationis incurrant, a qua non niſi per
Rom.Pont.pro tpe exiſtentem præterquam in
mortis

mortis articulo abſolui non poſſint. Voluit San-
ctitas ſua præmiſſa omnia inuiolabiter obſerua-
ri, ac litteras ſuper reuocatione, caſſatione annul
latione, ſtatuto, ordinatione, voluntatibus, de-
cretis, & aliis præmiſſis pro petentibus quando-
cunq; eo modo quo litteræ Apoſt. ſuper aliis Cā-
cellariæ Apoſt. regulis, ſeu conſtitutionibus Apo
ſtolicis expediuntur, & alias, vt moris eſt expedi-
ri, & a data publicationis præſentis conſtitutio-
nis ligare, & ſicq; in præmiſſis omnibus, & ſingulis
per quoſcunq; quauis auctoritate fungentes Iu-
dices, & perſonas ēt eiuſdem R.E.Card.les ac cauſa
rum Palatii Apoſt. Auditores, ſeu Locateneñ.
ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alias iudicā
di, & interpretandi facultate, & auctoritate iudi-
cari, diffiniri, & interpretari debere. Necnon ſi ſe-
cus ſuper his a quoquī quauis auctoritate ſciē-
ter, vel ignoranter contigerit attemptari, irritum
& inane ſimiliter decreuit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula
Romæ in Cancellaria apoſtolica anno Incarna-
tionis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Se-
xageſimo Secundo, die verò martis, nona mēſis
Martii. Pontificatus præfati Sanctiſſimi Domini
Noſtri Papæ Anno Quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fuerūt dñi Isidori Roberti, qui
eas dedit. 1568.